Mox etiam Lemures animas dixerunt silentum. id est, mortuorum. Idem lib. 13. Metam.

— Qui jura silentibus illic reddit.

Item, Silenta loca, Nævius apud Gell. c. 7. lib. 19. Virg. lib. 6. Æneid.

Quasitor Minos urnam mouet: illo silentum

Consiliumque vocat, vitæque & crimina discit.

Silētūm, ij, Taciturnitas. { רְמָמָה demamāh שְׁמַחַת chéresh שְׁמַחַת schéket. εὐνὴ, εὐωνία. GAL. Silence, taciturnité. ITAL. Silenzio, il tacere, taciturnità. GERM. Stillschroëigung. HISP. Silencio, ò obra de callar. ANG. Silence. } Plin. lib. 10. c. 69. Silentium in mari pescantibus ostrea. Tibull. lib. 4.

Quin largita tuis sunt multa silentia votis.

¶ Facere silentium. Plaut. Proleg. Amphit. Ita huic fabulæ facietis silentium. ¶ Indicere, Sueton. in Calig. c. 55. Ne inquietaretur equus (nempe pridie incitatus) viciniæ silentium per milites indicere solebat. ¶ Silentium agere dere aliqua, est illam tacere. Quint. lib. 10. cap. 1. Quippe quum Tullius tot millibus versuum de Romanis tatum Oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, quibuscum convivebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus, si & illos qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & Philosophos, & Poëtas persequi velim? Silentium est de aliqua re, id est, de re illa nihil dicitur. Cic. ad Attic. lib. 5. De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros à barbaris nuntiabant ij, qui veniebant. ¶ Silentio aliquid ferre, est dissimulare, & de re illa nihil conqueri. ¶ Silentium cœpit, intelligendum fieri. Salust. lugurth. 90. Post ubi silentium cœpit. Et 34. quam maximum silentium haberi jubet. ¶ Descendere in silentium, incipere taciturnum esse. Quintil. lib. 10. c. 3. Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter, ut labore consumantur, & in silentium usque descendant nimia benè dicensi cupiditate. ¶ Silentium dicimus in auspiciis, quod omni viatio caret, ut ait Cic. lib. 2. de divin. ¶ Silentium noctis, pro intempesta nocte ponitur, quam alij concubium, alij conticinium vocant. Liv. 5. ab Vrb. Supra ædē Vestæ vocem noctis silentio audisse clarorem humana. Silentium, pro quiete. Idem lib. 7. bell. Maced. Silentium deinde biduum fuit, neutrī transgredientibus amnem. Intelligit non fuisse ad certamen progressos. Silentij tutum præmium. Dictum elegans quod Plutarchus in apophthegmati adscribit Augusto Cæsari. Vsurpatur ab Horatio Ode lib. 3.

Est & fidei tuta silentio Merces.

Silentium mulierem ornat. Proverbium quo utitur Sophocles. Silentiarū. Dicti sunt, quorum ministerio Imperator utebatur ad ea, quæ ad quietem palati pertinebant. Accusius Silentiatios dici putat, quos vulgo Secretarios appellamus. Sic enim ait Iustinianus C. de silentiariis. Viros clarissimos facti nostri palati silentiarios circa latas nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus. Procop. lib. 2. bell. Pers. Romani, inquit, ad ea quæ quietis sunt in palatio, ministrum silentiarium vocant.

Sileſco, is, Tacitus, seu quietus fio. { סְנִיא dam רְמָמָה damah שְׁמַחַת chéresh שְׁמַחַת schakāt. εἰρήνης πρόσωπον. GAL. Se taire, ne dire mot, se tenir coy. ITAL. Tacere, acquetarsi. GERM. Still und ruhig werden. HISP. Callar. ANGL. To be still or to keep silence. } Terentius in Adelph. Quid ego nunc agam, nisi dum hæc filescunt turbæ, interea in angulum aliquò abeam atque edormiscam hoc villi? Virg. 10. Æneid.

Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,

Insit: eo dicente, deum domus alta filescit:

Et tremefacta solo tellus filescit arduus aether.

Furozæ filescit, Catull. Epigr. 43. & Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Silēt. gen. neutr. { ANGL. An osier tree. } Frutex nonnunquam arborens, adeo ut baculos rustici ex eo faciant: aquosis locis crescit, quasi pumila salix, cuius etiam generibus annumerari creditur, inquit Ruellius: contenditque non esse id, quod sceli Massiliense, Officinæ, & siler montanum appellant. Virgil. lib. 2. Georg.

Namque alio nullus hominum cogentibus ipsa
Sponte sua veniunt, campisque & flumina latè

Curva tenent, ut molle siler, lentaque genista.

Silēt, masc. gen. Fluvius est. Picentinos dividens à Lucanis, naturæ tam admirabilis, ut virgulta & frondes in ipsum decidentes statim lapidescant, teste Plin. lib. 2. cap. 103. quamvis illi ut ceteris effetur à Lucan. lib. 2.

— Radensque Salerni Teeta Siler.

Vide plura de hoc supra in dictione Silarus.

Silesia. Germaniæ regio, ad regnum Bohemiæ pettinens. SILIX, icis, lapis durus, ex quo ignis excuti solet: unde & nomen habet, quod ignis ex eo saliat: vel quod silentem intra se ignem habeat, qui attriti aut percussu excitetur. { שְׁלָמָה challamisch. σχάλμη. GAL. Un caillou, pierre à feu. ITAL. Pietra, batti fuoco. GERM. Ein fülling. HISP. El pedernal, ò piedra dura. ANG. A flint stone. } Virg. 1. Æneid.

Ac primum silicis scintillam excudit Achates,

Suscepitque ignem foliis.

Idem 1. Georg. Et silicis venis abstrusum excuderet ignem,

Ovid. 7. Metam.

Aut ubi terrena silices fornace soluti, &c.

Silicis durissimi rupes, Suet. in Calig. c. 37. Ovid. Eleg. 11. lib. 3. Trist.

Calepmi Pars I I.

Et dicam silices peccus habere tuum.

Idem Eleg. 7. lib. 1. Trist.

Et tua sunt silicis circum præcordia venæ.

¶ Accipitur nonnunquam latius silicis appellatio, ut etiam de petris & marmoribus dicatur. Plin. lib. 3. c. 18. Idem Varro, Luneniem silicem serræ secari tradit. Virg. lib. 8. Æneid.

Stabat acuta silex præcisus undique saxis.

¶ Est autem hoc nomen tam masc. quam fem. gen. Luct. lib. 1.

Vnde queant validi silices ferrumque creari.

Virg. 1. Eclog.

Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit.

¶ Lapidem silicem manu tenebant fœdera ferientes, itaque precebantur. Si sciens fallo, sic me Diespiter, salva urbe, arcéque, bonis omnibus me ejiciat, ut hunc ego lapidem. Festus.

Silicēus, aum, quod est ex silice. { σιλικης περιστατη. GAL. De caillou, de pierre à feu. ITAL. Di pietra focaccia. GER. Riesling. HISP. De pedernal. ANGL. Of flint. } Cato c. 18. Inibi lapides silicos in totum forum statuit, &c.

Silicida. σιλικης περιστατη. Gloss. qui scilicet cœdit silices.

Silia, fluvius in montanis Indiæ esse dicitur, in quo nihil innatet: quamvis Democritus, Aristotelésque id verum esse negent. Vide Strab. lib. 15.

Silicēnum, ij, variè exponi solet. Scribit Nonius esse funebre convivium, quod senibus exhibetur. Festus docet esse farciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur: quia cujus nomine institutus est ea res, is jam silentium cerneret. Caius, Credidi me silicēnum ejus esse usursum. Donatus inquit esse cœnam, quæ infertur diis manibus, vel quod eam silentes cernant umbrae, id est, possidente vel quod qui hæc inferunt, cernant, neque degustent. Nam de iis quæ libantur inferis, quisquis ederit, aut biberit, funestatur.

Hinc Terentius in Adelph. appellat senem silicēnum, qui jamjam silentibus cernēdus sit. Alij silicēnum nomen fictum à Terentio existimarent pro sene, quod incurvitate silices spectet. Ab hoc convivio abeunt, veluti se amplius non visuri, mutuo se salutabant. Varro, Funus executi, laute ad sepulcrum antiquo more silicēnum confecimus, id est, convivium, in quo pransi discedentes dicimus aliis alij, Vale. Silicēnum ergo Terentius senem vocat, atque decrepitum: id est, dignum, vel cui silicēnum fiat, vel qui ad silicēnum vocetur, τοποθετεῖσθαι.

Silicēia, sive Silicula. τηλες Dioscoridi, herba quæ alio nomine sœnum Græcum, à Theophrasto buceras vocatur, ab aliis ἀγορας nuncupatur. Vide Plin. lib. 24. c. 19.

Silico, inis, frumenti species est, quæ Gallis olim arinca dicebatur, ex qua laudatissimus conficitur panis. { σιλικης περιστατη. GAL. Certaine espece de froment blanc & menu, & fort delicat. ITAL. Formento bianco, minuzio, in che non è segala. GERM. Rocken oder weizenkorn. HISP. El trigo candial. ANGL. A kind of small and fine wheate. } Plin. lib. 18. cap. 10. Siligo nunquam maturescit pariter, nec ulla segetum minus dilationem patitur, propter teneritatem, iis quæ maturèt, protinus granum dimittentibus, sed minus quam cætera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper habent rectam spicam, nec rorem continet qui rubiginem faciat. Idem lib. 18. cap. 8. Ex silagine laudatissimus panis, pistrinatumque opera laudatissima, præcellit in Italia. Colum. lib. 2. Omne triticum solo uliginoso post tertiam arationem convertitur in siliginem. Plin. eodem lib. 18. c. 8. Siliginem propriè dixerim tritici delicias: candor est, & sine virtute, & sine pondere, conveniens humidis tractibus, quales Italæ sunt, & Gallicæ comantur. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantum, Arvernorumque agro pertinax: in cæteris vero partibus biennio in triticum transit. Ex his omnibus satis constat, siliginem tritici genus esse, quod jam aliquot sationibus in aliquam speciem degeneravit, minus quidem potentem ad nutriendum, cæterum gustui non injunctiore.

Siliginēus aum, quod ex silagine ut panis siligineus. { σιλιγητης. GAL. Fait de froment blanc. ITAL. Fatto di tale formento bianco. GERM. Das aus rocken oder weizen gemacht ist. HISP. Hecho de aquel trigo candial ó flor de harina. ANGL. Made of fine wheate. } quem Seneca commendat his verbis: Malum panem, inquis: Expecta, bonus fiet, & jam illum tenerum tibi, & siliginem fames reddet.

Siliginariūs, ij, Siliginis vendor vel distributor. { σιλιγητης περιστατη. GAL. Vendeur de ce froment blanc. ITAL. Venditore di simili formento. GER. Ein Kornverkäufer oder Kornherr. HISP. Vendedor de aquel trigo candial. ANGL. That selleth fine wheate.

Siliqua, Folliculus, seu integumentum, cur grana leguminum includentur, & si quid leguminibus est simile. { γένος μοισ. λόβος, κίτρινος. GAL. L'eforce ou gousse de fèves, pois, & semblable. ITAL. Testa, testa, ita, savolla scorza. GER. Die hülsen oder kästen darin das gemis wachst. HISP. Hollejo de qualquiera legumbre. ANGL. The huske or codde of beanes, preasons or such like. } Virg. lib. 1. Georg.

Grandior ut factus siliquis fallacibus esset.

Plin. lib. 18. de fabis loquens ait, Nam siliqua, caulesque gratissimi sunt pabulo pecori. ¶ Siliqua pro eo quod est, silicia, τηλες, sœnum Græcum Samonicus cap. de præcordiis.

Necnon & lini tunsum siliquaque legumen.

¶ Item siliqua κιτρινος, sive siliqua Græca, fructus est arboris, cuius à Galeno κιτρινος appellatur, siliquis rectis falcatis humani digitæ longitudine, iisque prædulcibus, & ob id in cibis expeditus, quin semen propter amaritudinem negligatur. Vide Plinium lib. 15. c. 24. Horat. 2. Epist. 1.

vivit siliquis, & pane secundo.

Colum. lib. 5. cap. 19. Siliquam Græcam, quam quidam cerationem vocant, & perficunt, ante biuum per autumnum seriro. ¶ Est & alia arbor, siliqua dicta, in Syria nascens, quam lones ceraunia appellant: omnino diversa à siliqua Græca, de qua vide Plin. lib. 13. c. 8. & Celsium c. 15. lib. 10. ¶ Siliqua, pro parsitatem, Interpres Iuven. Satyri. 11. ¶ Est etiam siliqua, minimi ponderis apud Romanos nomen, quod & à Græcis Ceration appellatur, scrupuli sextam partem, drachmæ.

verò decimam octavam conficiens. Sex itaque siliquæ conficiunt scrupulum. Scrupula autem tria, sive octodecim siliquæ, explet drachmam. Sextula autem sexta pars uncia est, & nomen habet: continetque scrupula **1111.** sive siliquas **xxiiii.** Continet itaque sextula drachmam unam, & tertiam ejus partem. Drachma Græcum nomen est, Latinóque vocabulo Denarius dicitur, ut *Budanus* non uno loco prodidit: quamvis *Agricola* hoc putet interesse inter denarium & drachmam, ut septem denarij, octo drachmas, sive unciam expleant. Supra sextulam, semunciam legimus, dimidium uncia contineat. Uncia, ab uno denominatur, quod ex duodecim ea una est pars assis, & ex octo drachmis conficiebatur, aut ex totidem denariis, ut putavit *Budanus*: quamvis, ut suprà diximus, *Agricola* ex septem denariis, qui octo drachmis respondebant, unciam constare afferat. Vniciæ duæ. *Sextans*, quasi sexta pars assis, nuncupatur, *hexapleros*. *Quadrans*, quarta pars: *Triens*, tercia pars: *Semis*, uncia sex, quasi semi as: *Septunx*, uncia septem: *Bes*, uncia octo: *Dodrans*, uncia novæ: *Dextans*, uncia decem: *Deunx*, uncia undecim. Inde *As*, ex duodecim uncias constans, quæ & libra dicitur: minórque est quām mina Attica quatuor drachmis. Habet enim Romana libra nonaginta sex non amplius drachmas, quām Attica mina ex centum drachmis constet. Ex duobus assibus conficitur *Dupondius*: ita dictus, quod sit duorum pondo. Ultra dupondium est *sestertius*, qui ex duabus libris & semisse constat, quasi *semistertius*, de quo vide suo loco. Quod enim fiebat ex duobus assibus, & tertio semisse, *Sestertium veteres* vocaverūt. Supra *Sestertiū*, *Tressis*, à tribus assibus; *Octussis* quoque; ac *Nonussis* *Decussisque* reperitur, octo, novem, ac decem asses. De cūsum verò denarium à decem assibus nominaverunt. A duobus deinde decussibus, *Vicesis* id est, viginti asses. A tribus, *Tricesis*, triginta asses. A centum, *Centessis*, centum asses: qui erant breves ex ære numi. Supra centussem, majus æris vocabulum non habemus.

Siliquor, aris, *Siliquas* facio, hoc est, *siliquis* tegor, quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. **{シモセイウ.** GAL. *Venir en escorce*, se former en gousse. ITAL. *Far tega è iavella*. GERM. *Hülsen oder täsen gerönnen*. HISP. *Echar hollejo la legumbre*. ANGL. *To grovo, to a huske or codde*. **{** Plinius lib. 17. c. 9. Inter omnes autem constat, nihil esse utilius lupini segete, prius quām siliquetur aratro vel bidentibus versa. Idem lib. 18. c. 7. Siliquantur verò omnia diversis diebus, & ima primum parte paulatim flore subeunte.

Siliquastrum, herba hortensis, quæ alio nomine *migros* nominatur, cuius meminit Plin. lib. 19. c. 11. **{** GAL. *Herbe de coq, ou de la poivrette*. ITAL. *Herba di gallo*. GERM. *Hanensis/ ein Kraut*. HISP. *Pimiento o pebre de Espana*. **{**

Siliquaticum, vestigal, quod mercibus omnibus impositum est. Buleng.

Siliquatarij, qui huic præsunt.

Silis, amnis Venetiae primus, ex montibus Taurisanis fluens, & in stagnum cadens, ubi nunc habentur suburbanæ Venetiarum insulæ, Murianum, Torcelliūque. Plin. lib. 3. cap. 18.

Silla, vide *Silia*.

Sillögaphus, **{シロガフ**, *Sillorum* scriptor: qualis fuit Timon ille Philiasius, qui librum quendam convitorum, & irrisione plenum, quem in Philosophos edidit, *Silos* inscripsit: quo nomine Græci maledicta, & irrisiones intelligent.

Sillūrā, **{シルラ**, insula in Oceano Britannico (ut Solinus inquit) cuius incola pecunia ignari, permutationibus commercia exercent.

Sillus, **{シラ**, carmen dicax & mordax.

Silo, qui prominentia habet supercilia, à Sileno, quem hirsutis superciliis fuisse tradunt Silonem quidam naſo repando hominem dicunt, ut infra patet ex Plinio. **{** חָרָם charum. ξερφος. GAL. *Camus, qui a lenez crochu contremont*. ITAL. *Cb' ha le ciglie alte*. GERM. *Der grosse angbraven hatt* oder ein obersich gebogne naſ. HISP. *Hombre de nariz rom*. ANGL. *He that hath a camised or flatt nose, turned up roar lik a shooing horne*. **{** Autor Nonius citans locum Varonis, ex Satyra, cui titulum fecit γαῖαι οἱ ἀντοι. Nōnne unum scribis esse grandibus superciliis silonem quadratum. Plin. tamen lib. 11. cap. 37. non obscurè innuit silones dictos fuisse homines repando naſo. Altior (inquit) homini tantum, quem novit mores subdolæ irrisioni dicevare, naſus. Non alij animalium nares eminent. Avibus, serpentibus, piscibus foramina tantum ad olfactus sine naſibus. Et hinc cognomina Simorum, Silonum. Hæc Plinius. Castigatora exemplaria sic habent: *Et hinc cognomina Silorum*. Vide *Silus*.

Silo, **{シロ**, nomen montis & urbis in tribu Ephratæa, ubi arca ferderis, post ingressum populi in Chananæam, substituit, donec tempore Eliæ Sacerdotis caperetur.

Silon, insulam India docet esse August. de civit. Dei lib. 21. quæ ex eo cæteris tertis præfertur, quod omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

Silphe, **{シラフ**, insecti genus.

Silphiōn, **{シラホン**, idem quod *lasperitium*, cuius succum laser appellari supra suo loco ostendimus. Vide Plin. lib. 9. c. 3. Or. lib. 22. c. 23.

Silphium, Regio Libyæ, ab insula Plateæ usque ad os Syriū protensa, teste Herodot. lib. 4.

Silva, vide *Sylva*.

Silva, *Silves*. V. E. provinciæ Algarbiæ, apud Lusitanos, sub A. Eborenſi.

Silva-ducis, sive Buscum ducis, *Hertogenbosch*, *Bolducij*, V. E. Brabantia, sub A. Mechlinensi.

Silvanectum, *Senlis*, V. E. *Silvanectensis*, sub A. Remensi: decimo lapide à Lutetia Parisiorum.

Silvani tres fuerunt, unus dicebatur domesticus, possessioni consecratus: alter agrestis pastoribus: tertius orientalis, cui est in confinio lucus positus, à quo inter duo plurēs fines oriuntur, ideoque inter duo plurēs est & lucus. Omnis autem possessio quare Silvanum colit? quia primus in terram lapidem finalē posuit. Ex libello variorum autorum de limitibus.

Silurus, **{シラウス** (si credimus Theodoro) pisces prægrandis, fluvialitis pariter ac matinus, præcipua autem magnitudine in Nilo & Gan-

ge, carne prædulci, nullis ossibus aut spinis intersitis: rostro autem caudaque delphino similis. Paulus Iovius in eo libello, quem coniuncte vocamus.

Silus, appellatur (inquit Festus) naſo sursùm versus repando. **{** שְׁלֹמָה charom. **{** Unde galeæ quoque à similitudine; silæ appellate sunt. Cic. 1. den. ur. deor. Ecquos Silos, Flacos, Frontones, Capitones, &c. Plin. lib. 11. c. 37. de naſo hominis loquens: Et altior homini tantum. Hinc cognomina Simorum, Silonum, ubi Silorum solū legendam Simorum, Silonum voces, sunt interpretis. Vide *Silo*.

Silybum, **{シラバ**, cardui species.

Silys, fluvius Europam ab Asia discriminans, quem notiore nomine *Tanaim* appellamus. Plin. lib. 6. c. 8. *Tanaim* Scythæ *Silys* vocant. *Simæ*: partes in summis coronis obtusiores, instar naſi capratur. Italiæ sunt gulæ rectæ, ut cymatium inversa gula. Græcis **{** ικλιδησ quasi superimpositiones.

Simbellæ, *lx*, quasi semilibella, hoc est, dimidia libella. Est præterea *Simbella*, instrumentum parvum quo singuli numi ponderantur. *Sipont*.

Simerhus, sive *Simethis*, idis. Vide *Simathus*, & *Simethis*.

Simichidas, **{シミチダス**, Nomen pastoris apud Theocr. in *Idyl.* quem ipsius enarratores pattem Theocriti existimant.

Simiae, & *Simij*, hominum figuris proxima animalia, quæ cauda cantent, & in Libya nascentur, dictæ quod simæ sint, id est, naribus depresso: vel quasi mīmæ, hoc est, imitatrix. **{** שִׁימַע תְּשֵׁבֶת סְמָמִים b. מִנְגָּת. GAL. Singes, guenons. ITAL. Scimie, bertuccie. GERM. Affen. HISP. Monas, ximios, ò monos. ANG. Apes. **{** Mart. lib. 14. Epig. 20. *Calidus emissas eludere simius hastas*.

Vide Plin. lib. 8. cap. 54. *Simia* per translationem dicitur, qui ridiculè & stultè aliud imitatur. Idem Epist. 5. In quo rusticum insectatur, atque etiam Stoicorum simiam appellat. *Simia* non capit laqueo, dictum in tergiversatores, qui coargui nequeunt. Id olim dictum est in Heraclidem, qui per imprudentiam perpetam citat ex Dionysio, quod erat apud Sophoclem. Misum est exemplar, ut ibi conspecto carmine agnosceret suum errorem. Hic quoque tergiversanti, nec lapsum agnoscenti, dicentique casu fieri posse, ut in diversis Poëtis versus consentiant, scripsit quispiam, *Simiam* haud caplaqueo. Diog. Laert.

Simiolus, diminutivum, qui utcunque alterum imitatur. **{** שְׁמַיָּא GAL. Petit singe, singereau. ITAL. Picciola scimmia. GER. Ein dīss. HISP. Pequño ximio, ò mono. ANGL. A little ape, he that semewabt imitateth a man. **{** Cicer. ad Mart. lib. 7. Hic simiolus, animi causa, me, in quem inveheretur, delegerat.

Similæ, *x*, Medulla farinæ triticeæ, hoc est, ea pars quæ media est inter pollinem & secundarium, potissimum nutriti vim habens. **{** שְׁלֹמָה soletb. οὐιδαλις. GAL. La pure farine de froment, la fleur de farine, s-moule. ITAL. Amido, amido, pura farina di formento. GERM. Semmelmdl/grießmdl/das zartist vnd reinigt mdl. HISP. Semola ò acemite, la flor de harina. ANG. Fine flore of wheate. **{** Sunt enim molita farinæ partes quatuor, pollen, simila, secundaria sive cibarium, & furfures. Eadem & similago dicitur. Plin. lib. 18. cap. 10. Similago ex tritico fit laudissima. Ex Africo justum est è modiis redire semidios, & pollinis sextarios quinque: ita enim appellant in tritico, quod florem in filagine. Præterea secundarij sextarios quatuor, furfumque tantundem. Mart. lib. 1. *Nec doles poteris simila numerare, nec usus.*

Similago, *Simila*. Plin. lib. 18. cap. 10. Simila ex tritico fit laudissima.

Similaginæ, adject. ut similagineus panis. **{** שְׁמַדְמִינִים äęę. GAL. Pain de fleur de farine. ITAL. Pan di fior di farina. GER. Aussens melmdl. HISP. Pan de flor de harina. ANG. Bread of fine flour. **{** nec. Epist. 119.

Similis, *c*, Äqualis, part. **{** שְׁמַדְמִין doméh תְּשֵׁבֶת nischtaréb. äęę. *inqs*. GALL. *Simblable, pareil, ressemblant*. ITAL. *Simile*, affigliante. GERM. *Gleich oder gleichförmig*. HISP. *Cosa semejante*. ANG. *Lik*. **{** Construiturque indifferenter cum genitivo aut dativo. Solet tamen ita distinguiri, ut quoties ad morum, vel doctrinæ, vel hujusmodi imitationem refertur, genitivo jungeretur. Horat. lib. 2. Serm. Satyr. 2.

similisque meorum

Mile die versus describi posse, &c.

Trebati. Ciceroni. Ut aliquorū similes in dicēdo valeamus esse. Plaut. *Afin. sc. 1. a. 1.* Volo me patris mei similem. (sup. effe.) Idem *Mostell. sc. 2. a. 1.* Homo similis novarum ædium quando natus est. **{** Quando verò vel in forma, vel in ætate, vel in fortunis, aut alias hujusmodi rebus, similitudo est, cum dativo. Virg. lib. 1. *Aeneid.*

Os humerisque Deo similis.

Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri similis. Sed confunditur apud autores hæc differentia: nam utrumque indifferenter reputatur. Cic. *Verr. 4.* Si aliqua in re verri similis fuero. Idem lib. 5. de finib. Non video cur non potuerit patri similis esse filius. *Liv. lib. 1. ab Urbe*, Fratii similiors quam patri. Quibus in locis de moribus, non de figura sermo est. *Quintil.* Pares magis, quam similes *Livius* & *Salustius*. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Omnes inveniri similes tibi vis. *Senec. sc. 1. de tranquill.* Ne semper casuero similis pendeam. **{** Hinc similiors, & simillimus. Cicet. pro M. Marcelllo. Hæc qui faciat, non ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Deo judico. Ovid. 15. *Metam.*

furrisque & fraude simillimus illi.

Plaut. *Menach. sc. cult. a. 5.* Nec aquam aquæ, nec lac laceti similius. Idem *Milit. sc. 6. a. 2.* Similiorem mulierem non vidi, urpote quæ non sit eadem. *Ibid.* Magis eandem. Idem *Afin. sc. 3. a. 1.* Hic noster quæstus aucupij simillimus. Virg. 6. *Aeneid.*

pressisque jacentem

Dulcis & alta quies, placidaque simillima morti.

Ovid. lib. 4. *Metam.*

violaque simillimus ora

Fel.

Flos tegit.
Plin.lib.12.c.17.Mastiche tertia in Ponto bituminis similior. Simile
gaudet simili, *ομοιος ομοιος φιλος*. Proverb.

SIMILITÉR, adverbium, *Æqualiter*. Pariter. { *בְּמַהְמָה חֵן* . *ἴσοις* .
GAL.Semblablement, pareillement. ITAL.Similmente. GER. Gleich zu
gleicher weis. HISP. Semejuntemente. ANG. Likroisa after the same
fashion. { ad Herennium lib.4.Similiter eadens exornatio dicitur,
&c. ¶ Simillimè, superlativum. Cicer.2.Tuscul. Simillimè animus
intentione sua depellit presulum omnem ponderum: remissione au-
tem sic urgetur, ut se nequeat extollere. Idem pro lege Agrar.
Hic tamen excipit Pompeium, simillimè, ut mihi videtur, atque
in illa lege, qua peregrini Roma ejiciuntur, Glaucippus exci-
pitur. ¶ Similis, & similiter nonnunquam in prima orationis
parte ponuntur, pro ita, sequente in secunda Ut, vel Ac, aut At-
que pro Vt. Columell.lib.5. Cætera simili ratione atque in arbusto
Italico administrantur. Livius, Similem pavorem, inde fugam
que fore, ac bello Gallico fuerat. Cicer. de senectut. Similes sunt
ut si qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant. Idem
de natura deorum, Similiter facis ac si me roges, &c. Idem Philipp.1.
Neque vero illum similiter atque ipse eram, commotum esse vi-
di. Idem de Offic. Similiter eos facere, qui inter se contendenter,
utet Republic. potius administraret, ut si naturæ inter se certa-
rent, quis eorum potissimum gubernaret. Similes inter se, id est, sibi
invicem similes. Idem pro Client. Homines inter se cùm forma, tum
moribus similes.

SIMILITUDO, inis, *Æqualitas*. { *דִּמְתָּה דִּמְתָּה* . *dimon* . *סְמֵל* . *semel* .
iusiens. GAL.Semblance, similitude. ITAL.Similitudine, imagi-
ne, forma. GER. Gleichheit/gleichförmigkeit. HISP. La una y otra
semejança, imagen. ANGL.Likeness. { Cic. lib.1.Offic. Nihil autem
amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum: in
quibus enim eadem studia sunt, eadem voluntates: in iis fit, ut
æquè quisque altero delectetur, ac scipso. Liv. lib.5. bell. Pun.
Gracchus fraudem & sermoni, & rei abesse ratus, ac similitudine
veri captus, cum lectoribus ac tutma equitum è castris profectus, du-
ce hospite in insidias præcipitatus. X. Dissimilitudo, Cic. in La-
lio, Dispares mores, disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo
dissociat amicitias.

SIMILITAS, atis, Antiquitus in usu erat pro similitudine. { *דִּמְתָּה* . *dimon* . *סְמֵל* . *semel* .
iusiens. { Cæcil. apud Non. Vide quid fe-
rat morum similitas.

SIMILIAS, Refero, repræsento: exigitque accusativum. { *דִּמְתָּה* . *dimmah* .
iusiens. GAL.Ressembler. ITAL.Simigliare. GER. Gleich sein. HISP.Se-
mejar. ANG.To represent or resemble { Mart.

Quum sint crura tibi similent qua cornua Luna.

Hinc componitur Assimilo, de quo suprà suo loco.

SIMILARIS, e, *ἰσοιστεῖν*, in similes partes divisibilis.

SIMITU, Antiqui utebantur pro simul: quod & Nonius annotavit. { *רְאֵת* .
ja:tod. äuge. GAL. Ensemble. ITAL. Insieme. GER. Mit einander / eins
mals. HISP. Juntamente. ANGL. Together. { Flaut. in Mercat. Ita tres
simitu res agendae sunt. Idem in Amphityr. Non ego cum vino si-
mitu ebibi imperium tuum. Idem Pseud. sc.2. a.4. Cùm uno simi-
tu volo mitti mulierem. Idem Menach. sc.1. a.5. Ego te simitu no-
vi cum Parthaone.

SIMIUS, vide Simia.

SIMIUS, *πανικη*, Philosophus Thebanus, Socratis auditor: cuius scri-
pta enumerantur à Suida.

SIMO, entis, *σιμοειδες*. Fluvius est Troadis, ex Ida monte nascens, labi-
tur per campum Troianum, qui ab eo dicitur Simoësius, & mari
appropinquans, commiscetur Xantho, ac in paludem cogitur, de-
inde exit in Hellespontum juxta Sigæum promontorium. Virg.1.
Æneid.

Tunc ille Æneas, quem Dardanio Anchise
Alma venus Phrygij genuit Simoëntis ad undam?

Ovid.13. Metam.

Ante retrò Simoës fluet.

SIMOËSIUS, a, um, adjectivum: ut, Campus Simoësius hoc est, Troadis

campus, Simoënte irrigatus. Quo nomine etiam dictus fuit adole-
scens quidam Troianus, quod apud Simoëntem fluvium esset na-
tus. Autor Hom.4. Iliad.

Simo & Callipho. sunt senes apud Plautum in Pseud. sc.4. a.1.

SIMONÉS, *סִמְוֹנֶה* . *charumim* . *σιμωνες*. ITAL.Flaistnozed. { Iidem qui
simi, hoc est, qui nares habent pressas.

SIMONÉS, plutes fuerunt nomine hoc, post Philippum Græcis, Latinis,

Hebræisque pariter comuni facti. { *יְהוּנָשׁ שְׁחִמְבּוֹן* .
Ex his anti-

quissimum legimus Atheniensem philosophum, Socratis disci-
pulum fuisse, qui scripsit dialogos xxxiv. ¶ Alius fuit, qui scripsit
de Arte Rhetorica. Alius Medicus, aliussculptor: quorum omnium

autor Diogenes Laërtius. Et Simon Magnesius, musicus egre-
gius, qui & ipse superiorum musicorum more corrupto Simodiam

introduxit, quemadmodum etiam & Lysis Lysiodam. Strab.lib.14.

¶ Simon Constantinopolitanus, ludimagister, annos ab hinc circi-
ter ducentos composuit Græcè Metaphrastas, id est, sanctorum vi-
tas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. ¶ Ex Hebræis vero Si-
monem Magum legimus, caput & autorem totius hæreses: de quo

Eusebius lib.2. latissimè, & Iustinus in Apologia ad Anthonium prin-
cipem, in hanc sententiam scribit, Simon quidam Samaritanus sub

Claudio principe, artibus magicis & ope dæmonum sublevatus urbe

nostrâ, compluribus per phantasiam deceptis, deus est creditus, &

honore simulacri donatus, à vobis inter duos pontes Tiberis colitur

cum titulo literis Latinis descripto, Simoni deo sancto. Quem om-
nes penè Samaritæ, & nonnulli alij tanquam Deū adorant, ac fatentur.

Sed & Selenem quēdam erroris comitem, qui prius in lupanari fuit

apud Tyberiadem, cum ipso consecraverunt. Similia quoque Ire-
næus in primo adversus hæreses libro. ¶ Simon item ille, qui à Petro

Spiritus sancti gratiam mercari volebat, unde vitio nomen indi-
cum: aliquique complures, præter Apostolum. Hic Simon idem videtur

esse cum Iuperiore, Magusque insignis fuit, ita ut Samaritanis vulgo

diceretur, *Virtus Dei magna*, ut testatur S. Lucas Acto. cap.8.10*

19. ¶ c. SīMōNIA mineralis ambitus, studiosa voluntas vendendi & emendi
spiritualia, vel spiritualibus annexa, pro temporalibus à Simone illo
dicta, de quo Act.1. Breviter, Ambitus in sacris quum quis Eccle-
siasticas functiones, quæ mera Dei dona sunt, pecunia nundinatur.

SIMONIACUS, qui Simonia peccato obnoxius.

SIMONIANI, hæretici, dicti à Simone magice disciplinæ perito.

SIMONIDÉS, *σιμωνίδης*. Lyricus Poëta fuit ē Cœa insula, Stelichori æqua-
lis, quem Plin.lib.8.c.56. quatuor harum literarum ζ, η, ψ, & σ, in-
ventorem fuisse tradit, octavāmque in lyra chordam invenisse. De

hoc Cicero in Oratore, Simonides, inquit, Ceus, primus artem me-
morandi invenisse fertur, Quum cœnaret in Thessalia Simonides

apud Scopam fortunatum hominem & nobilem, cecinisseque id

carmen, quod in eum scripsisset, in quo multa orandi causa Poëta-
rum more, in Castorem & Pollucem scripta fuissent, nimis illum

sordide Simonidi dixisse, se dimidium ejus ei quod pactus esset, pro
illo carmine daturum: reliquum à suis Tyndaridis, quos æquè lau-
dasset, peteret, si ei videretur. Paulò post esse ferunt nuntiatum Si-
monidi ut prodiret, juvenes stare ad januam duos quosdam, qui cum

magnopere evocarent: surrexisse illum ipsum, produisse, vidisse ne-
minem. Hoc interim spatio conclave illud ubi epularetur, Scopas

concidisse, ea ruina ipsum oppressum cum suis interiisse: quos quum

humare vellent sui, nec possent obtritos internoscere ullo modo, Si-
monides dicitur ex eo quod meminisset quo eorum loco quisque

cabuisset, demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse. Hac se
tunc admonitus, invenisse fuit, ordinem esse maximè qui memo-
riz lumen afferret. Hactenus Cicer. ¶ Fuit & Simonides alter, Crin-
ci filius, ex Amorgo insula, Iamaicus Poëta: de quo Quintil. lib.10.
cap.1. Simonides tenuis, alioqui sermone proprio, & jucunditate qua-
dam commendari potest: præcipua tamen ejus in commovenda mi-
sereratione virtus, ut quidam in hac eum parte omnibus ejusdem ope-
ris autoribus præferant. ¶ Simonides item aliis, Caristius, sive Ery-
thræus Poëta Epicus fuit, qui scripsit Græcorum apud Aulidem cō-
ventum trimetrorum libros duos, & alia. ¶ Præter hos alios duos
ponit Suidas, unum nepotem Simonidis Lyrici ex sorore, cognomi-
natum Melicertam, qui ante bellum Peloponnesiacum fuit, scripsit
que genealogiam libris tribus. ¶ Alterum Simonidem Magnetum
Poëtam Epicum Antiochi magni tempore, cuius res gestas scripsit:
ac bellum adversus Galatas. Suidas. ¶ Simonidis cantilenæ, de va-
fris ac subdolis dictum est. Hunc tradunt primum astutiam &
quæstum in artem induxisse. Erant illi duo scrinia, alterum gra-
tiarum, alterum præmiorum: quæ quum post tempus aliquantum
aperiasset, gratiarum arculam semper offendebat inanem, præ-
miorum semper plenam. Hoc commento significans se nolle
gratis donare carmina. Plut. & Aristophan. hujus rei meminerunt.

Ex Erasmo.

SIMONIDÉS, a, um, adject. à Simonides, ut Simonides lacrimæ. Catul.
ad Cornif.

Mæstus lacrymis Simonideis.

Intelligit autem τούς θεόους Simonidis, qui citantur à Stobeo & in-
terprete Theocriti.

SIMPLAGIUM, minus rete. Gl. vet.

SIMPLEX, cis. X. Concretus. Philosophis propriè appellatur quod

nullo modo compositum est: quemadmodum elementa quatuor, quæ

sola, si rationem consulamus, sunt simplicia. { *ἀράβης*. GAL.Simpli, pur,

qui n'est point double. ITAL.Semplice, sempio, puro. GER.. Einfältig. Nicht
aus vil ding zusammen gesetzet infach. HISP. Cosa senzilla è fin do-
blez. ANG. Single or simple. { Simplicium verborum crimen, Suet. in
Tiber. cap. 61. Idem in Ces. simplici more punire. Simplicior versus,
Gell. c.25.lib.13. Simplicissima suavitas. Idem cap.13. lib.11. Simpli-
cissima res dolor, Senec. cap.11.de tranquill. Item Simplices ac re-
ligiosi homines. (id est creduli) Liv. lib.4. bell. Pun. ¶ Aliquando
tamen in simplicibus discernendis à compositis, sensum, non ratio-
nem judicem adhibemus. Et ita partes corporis, partes similares:

item plantas omnes, simplices dicimus, propterea quod sensus in

iis compositionem nullam possit deprehendere. ¶ Argumentum sim-
plex, quod in plures partes non est divisum. Terent. Prol. Heaut. Du-
plex quæ ex argumento facta est simplici. ¶ Aliquando ponitur pro
vero, & sincero, sicut econtrariò, duplex pro fallaci & vafro. { *περιβί αφίλης, ἀράβης*. } Marius Cie. lib.21. Trebatio nostro magnas
ago gratias, quod tuum erga me aximum simplicem, atque ami-
cum aperuit. Horat.

Et cursus duplicitis per mare Vlyssai.

¶ Simplex homo, purus, apertus, nihil tectum, nihil simulatum ha-
bens. Cic.4. Acad. Cum simplici homine simpliciter agerem, nec ma-
gnopere contendere. Senec. cap. ult. de consol. ad Helviam, Simplex

virtutibus admirandis antiquitas. Anni simplices, id est rudes, &
doli nondum capaces cuiusmodi sunt in pueritia, aut prima adoles-
centia, in quibus etiam simplex toga, & pura quæ prætexta diceba-
tur, sumi solebat. Martial. lib.10.

Tu mibi simplicibus Mani dilectus ab annis,

Et prætextata cultus amicitia.

¶ Simplex cibus, Purus, non affectatus, aut aliquo condimento cor-
ruptus: vel compositus, *αράβης οὐ ποτός*. Plin. lib.11.cap.53. Homini

cibus utilissimus. simplex: Condimentum orationis simplex. Quint.

lib.6.cap.3.

Simplissimus. αράβης. Senec. 2. de Ira, Simplicissimi omnium ha-
bentur iracundi. Vide Simplex.

SIMPLICITAS, atis, ejus natura, quod simplex est. { *חֲמִרָה* . *pechajuth-*

אֲרָבֵת, *ἀράβης*. GAL.Simplicité, simpless. ITAL. Simplicità. GERM.

Einfält / einfältigkeit. HISP.Simplicidad. ANG. Simplicity, plainness;

singleness. } Mart. lib.10.

Vitam que faciunt beatorem,

Facundissime Martialis, hac sunt:

Res non parta labore, sed relista:

Non ingratus ager, focus perennis,

Prudenz

Prudens simplicitas, pares amici.
Ovid. 3. de Arte.
Simplicitas rudes ansiè fuit: nunc aurea Roma est.

Et magnas domiti possidet orbis opes.

Quintilian. lib. 5. cap. 7. In paucis atque humilibus accusator simplicitate gloriari potest. Liv. lib. 10. dec. 4. Simplicitate & hilaritate levare iram alterius. Velleius. Eminentissimæ ac nobilissimæ simplicitatis vir. Idem. Vir in tantum boni, in quantum simplicitas humana intelligi potest.

Simplificiter, adverb. Purè, apertè. {ἀπλάσ. GAL. Simplement, ronderent, sans feinte à la bonne foy. ITAL. Simplicemente, semplicemente. GERM. Einfältiglich, schlechtlich, rund heraus. ITAL. Simple y senzillamente. ANGL. Plainelie, simpli, singly. } Plin. Epist. 9. 8. Amicè, & simpliciter reprehenderunt. Item, Simpliciter facere. Qu. Curtius, (id est, candidè & sine dolo.) Et Ludere simpliciter, Sueton. in August. cap. 7. 1. ¶ Simpliciter oberrare, est imprudenter ab itinere desiectere. Plin. lib. 8. c. 4. Elephas homine obvio forte in solitudine, & simpliciter oberrante, clemens, placidusque etiam demonstrare viam traditur. Quintil. lib. 1. cap. 12. Præterea secundum aliam etatis illius facilitatem, velut simplicius docentes sequuntur.

Simplificissimè. Cornel. Tacit. lib. 17. Ego ac tu simplicissimè inter nos hodie loquitur.

Simplificitus, veteres pro simpliciter utebantur. Plaut. in Merc. Sed eam simplicitus, dicam, si opera est auribus: Sic enim legit Novius. cap. 2.

Simpludiaria funera sunt, quibus adhibentur duntaxat, ludij corbitoresque: quidam ea dixerunt esse, quibus neutrum genus inesset ludiorum: nam indictiva sunt, quibus adhibentur non ludij modò, sed etiam desultores, quæ sunt amplissima. Fest. Ibi Scaliger: dicta quasi simpludiaria, quibus simili ludij adhiberentur, h. e. Saltatores, sive cernuatores.

SIMPLIUS, nomen numerale Unicum, & minimè multiplex. {ἀπλάσ. GAL. Simple, qui n'est point doublé. ITAL. Semplio. GERM. Einzig, eines als vil. HISP. El tanto en cosa senzilla, simple. ANGL. Single, one only. } Plaut. in Mostell. Simpla est habitatio. Idem Pæn. Licet simplus solvere. Sic duplus, bis tantum, Triplus, ter tantum, & hujusmodi. Varro 1. 2. c. 10. Si mancipio datur, dupla promitti; aut si ita pacti, simpla.

Simplaris, e, & Simplaritus, a um. adjectiva à simple, sive simili deduta, cuius etiam propemodum habent significationem. {ἀπλοκός. Simplariæ venditiones (inquit Budæus) sunt pio quibus venditor necesse non habet de dupla emptori repromittere: quarum meminit Ulpian. l. emptori duplam, 37. de evit. Ita enim simplariæ venditiones à Pomponio dicuntur, ut simplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in simplus, duplum, quadruplum dabantur. Eadem ratione armaturæ simplares, duplarésque à Vegetio dicuntur, 2. de re milit. quas qui gestabant, singulas, & duplas consequebantur annonas. Et à Modestino de vocabulis rei militari. Torquarij simplares, duplarésque, quod qui illa præmia virtutis, & decora militiæ meruissent, singulas, & binas præter alios consequebantur annonas. Sic hodie in sacerdotalibus collegiis sacerdotia quædam simplaria dici possunt, & quædam duplaria: à simple, dupliceque stipe in concessu Ecclesiastico accipienda. Vide plura de hisce in dictione Duplarius.

Simpulo, qui sponsum convivia discurrentem comitatur. Gl. Isid. aliás, Simplo, & Simplator, conviva, Fulgentius.

Simpulum, i. Calix fistilis, quo vinum in sacrificiis libabatur: à sumendo, quod eo vinum sumebant minutatim. {πνίον τι κυρίας ὀπάριον. GAL. Un vaisseau de terre à boire, de quoy ils se servoient jadis ès sacrifices. ITAL. Vaso da bere di terra usato à sacrificij. GERM. Ein iridiner telch oder becher / vor zeyten bey dem opferen breuchig. HISP. Ciento vaso de barros usados en los sacrificios. ANGL. A cuppe or chalice of earth used in sacrifices. } Plin. lib. 35. cap. 12. Sed fistilibus prohibatur simpulis innocentius. Apuleius Apolog. 1. catinum & simpulum sacrificiis adhiberi solita ostendit his verbis: Paupertas populo Romano imperium à primordio fundavit, proque eo in hodiernum diis immortalibus simpulo & catino fistili sacrificat. Fest. Simpulum, vas parvum, non dissimile cyatho, unde mulieres divinis rebus deditæ, Simpulatrices vocantur. Varro scribit vas esse minutum fundens, in cuius locum successerit epichysis: unde veteres res minutæ, nulliusque pretij, simpularias appellabant. Sunt qui pro simpulo, simpuvium legunt: cuius meminit Iuvinal. Satyr. 6.

aut quis

Simpuvium ridere Numa, &c.

Sunt etiam qui velint simpullum gemino l. scribendum, forma qua ampullam dicimus. ¶ In simpulo aliquid facere, proverbij speciem habet, pro Facere aliquid clanculum, vel in re minuta atque humili. Cic. 3. de Legibus, agens de lege Tabellaria, hoc est, de jure ferendorum per tabellam suffragiorum: Et avus quidem noster, inquit, singulati virtute in hoc municipio quoad vixit restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem aviam nostram habebat, ferenti legem Tabellarium. Excitabat enim fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius ejus Marius in Ægæo excitavit mari. Hactenus Cicero. Non absurdum videtur mihi (inquit Erasmus) si quis existimet sumptam allegoriam à puerorum lusu, quo solent per fistulam angustam in simpulum inflantes, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum excitare.

SIMUL, adverb. congregandi, Una. pariter. {גַּם יָחִדְהוּ יָחִידָרְוּ. αὔγε, οὐκ. GAL. Ensemble, avec. ITAL. Insieme di compagnia. GERM. Mitteinander / zumal oder eins mais. HISP. Juntamente y en uno. ANGL. Together. } Terentius in Eunuch. simul consilium cum te amisti. Plautus Menach. sc. 2. a. 4. Domum nunquam introibis, nisi fratres Pallam simul. Tibullus lib. 4.

Iam simul audacis veniunt certamina Martis.

¶ Aliquando ponitur pro deinde, vel etiam, vel præterea. Vatinius Ciceronis. Cives Romanos occidit, abripuit, disperdidit, regiones

vastavit: simul vero semissis homo contra me arma tulit. Salustius, His amicis sociisque confisus Catilina, simul quod æs alienum habet quasi eandem vim, quam cum & tum, sive partim. Quintilianus, Simul ut plenior obsequio demereret amantissimos mei, simul ne vulgarem viam ingressus, alienis vestigiis insisterem. Ponitur aliquando simul, pro eadem opera. Plaut. in Merc. Duas res simul nunc agere decretum est mihi. Dicimus venustè, simul tecum nobiscum, & simul cum aliquo. Cic. pro domo sua. Optimi cives fruuntur cum corporibus simul animas intetire. &c. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 2. Dicit nescio quem secum simul. Idem Menach. sc. 4. a. 2. hac mecum simul. Idem Aul. sc. 3. a. 4. Quis illic est qui erat tecum simul? Idem Men. sc. 1. a. 5. Dic tecum ut veniat simul. Idem Cure. sc. 1. a. 1. Amo pariter simul. Idem Most. sc. 1. a. 1. Age, i simul. (id est, veni mecum.) Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Cum eo simul me mitteres. Accipitur aliquando simul pro postquam, simulac, sive simulatque. Cic. 4. Acad. Et simul inflavit tibicen, à perito carmen agnoscitur. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 1. Simul res, fides, fama, virtus deseruerunt, (sup. me.) Simulac, & Simulatque. Quamprimum, vel statim quum, sive postquam, {שְׁמָךְ chaashér. ενδύ τάξασις τάξα. GAL. Incontinent que, apres que. ITAL. Subito che, poi che. GERM. So bald als. HISP. Luogo que, ubi que. ANG. As soone as. } Salust. Iam primum juventus simulac belli patiens erat. Col. lib. 5. Semper conveniet simulatque folia agere & cuperint, fucus rubricam amurca diluere. Cicer. Appio, Gratissimum mihi feceris, si ad me, simulatque adeptus eris, miseris. In eadē etiam significacione dicimus simulac primum, simul primum, & simul ut. Idem 3. Verr. Simulac primum ei occasio visa est, aversa pecunia publica Quæstor Consulem, exercitum, provinciamque deseruit. Idem, Simulac potestas primum data est, adeunt hi quos dixi. Liv. 6. ab Urbe, Interim Qu. Fabio, simul primum magistratu abiit, ab C. Martio tribuno dicta dies est. Plin. lib. 11. c. 49. Urso quoque, simul ut expiraverit, cornescere aiunt genitalia. Ponuntur aliquando simul &, simulque pro atque etiam, vel præterea: ut quum dicimus, Vir fortis simul & prudens. Idem Epistol. 7. lib. 2. Sordidum simul & sumptuosum, Idem lib. 9. cap. 3. 5. Superbo simul ac procaci facta. Quint. lib. 10. cap. 1. Qualis ferri fulgor, quo mens simul visuque perstringatur.

Simulacrum, Imago ad similitudinem rei alicuius efficta. {סְמָךְ simel ְלֵמֶד dimyon. εἰδωλον, εἰκὼν ἀπεικόνιση, ομοιωσις. GAL. Image élevée, semblance, statuë, idole. ITAL. Simulacro, statua, forma, imagine, idole, effige. GER. Ein bild oder Bildnis. HISP. Image ḥ similitudinā. ANG. An image, proportion lyknes, or resemblance of a thing. } Cicero. pro domo sua, Mulieris simulacrum è marmore. Ovid. 10. Metam.

— quod multa sacerdos

Ligneæ contulerat veterum simulacra deorum.

¶ Simulacrum civitatis per translationem pro signo & nota. Cic. ad Plancum, lib. 10. In qua nec Senatus, nec populus vim habet ullam, nec leges ullæ sunt, nec judicia, nec omnino simulacrum aliquod ad vestigium civitatis. Sic Simulacrum virtutis pro judicio & vestigio virtutis dicitur. Ne simulacrum quidem virtutis in eó apparer. Cicero, Simulacra præliorum. Gell. cap. 3. lib. 7. Item, Simulacra & irritamenta doloris. Idem cap. 3. lib. 7.

SIMULO, & Similo, as. Pra me fero quod non est. & fictam rei alicuius similitudinem refiero, & pro vero fallsum ostendo. {חַנְאֵפְתָּח חַנְאֵפְתָּח. περιπτίσματι, περιπτίσματι. GAL. Feindre, contrefaire, faire semblant. ITAL. Simulare, fingere. GER. Gleisnen, Dergleichen thun. HISP. Fingir lo que no es. ANGL. To sayne, to contrefaite, to mak à semblance. Cicero. Attic. Simulabat se Romam editurum, quum in Africam navigaturus esset. Virg. 1. Æneid.

Spem vñtu simulat, premit altum corde dolorem.

Ovid. 1. de Arte,

Vt simulet vultu gaudia, tristis erit.

X. Dissimulo, Cicero. lib. 7. Ep. Multa & simulati invitus, & dissimuli cum dolore. Ovid. 1. Metam.

Si simulasse vocas crimen, simulavimus ambo.

Plaut. Curc. sc. 1. a. 3. Simulabo quasi non noverim, (id est singam me non nosse.) Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Te experiar quid ames, quid similes. Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

Carmina nunc simulo, studiūque quod absuit odi.

¶ Simulo non sentire, id est, dissimulo. Plin. Ep. 14. lib. 3. Ille si-ve quia non sentiebat, sive quia non sentire simulabat, immobi-lis & extensus fidem peractæ mortis implevit. ¶ Est & similo, as. per tertiam vocalem in secunda syllaba, quod significat simili-dinem rei alicuius repræsentare. {דָמָה dimah. ἐπαπει. } de quo suprà.

Simulatio, nis, verbale, Fictio, & simulata fictaque alicuius rei repræsentatio. {חַנְאֵפְתָּח חַנְאֵפְתָּח חַנְאֵפְתָּח חַנְאֵפְתָּח. περιπτίσματι, περιπτίσματι, περιπτίσματι, περιπτίσματι. GAL. Feindre, simulatione. GER. Gleisnung / oder gleisnung reystein eidichthe gestaltung. HISP. Aquella obra de fingir lo que no es. ANGL. A fayning, counter fayring, or making of a semblance. } Vnde pro desceptione & circumventione ponitur, quod animo vel vultu aut voluntate simulata fiat. Cicero. ad Lentul. lib. 1. A quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non solùm fronte, atque vultu, quibus simula-tio facillime sustinetur. Idem 3. Verr. Nullæ sunt occultiores insidiæ quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Senec. epist. 8. 9. Artes in quibus nulla honesti simulatio, id est, species & similitudo.

Simulatōr, is, qui simulat. {חַנְאֵפְתָּח חַנְאֵפְתָּח. GAL. Simulatour, contre-faiseur, qui feint, hypocrite. ITAL. Chi finge, simulatore. GER. Gleisner. HISP. El que finge lo que no es. ANGL. That fayneth or pretendeth that which is not. } Cic. 1. Offic. De Græcis autem dulcem & facetum, festivique sermonis, arque in omni ratione simula-torem, quem εἶχεν Græci nominaverunt, Socratem accepimus. Ovid. 2. de Arte.

Tantum ne pares verbis simulator in illis.

Simulatix,

Simulatrix, f. c. quæ simulat. item venefica, quæ se divinam & reli-
giosam simulat.

Simulatè, adverbium. Fictè. {*εἰσαγωγής, παπλαστρός*. GAL. Parfeintise,
par simulation. ITAL. Fintamento. GERM. Gleissnerisch/mit gleissnerey.

HISP. Fingiendo lo que no es. ANGL. Counte faily, with a pretence on

ly.} Cic. 2. de nat. deor. Mala enim & impia consuetudo est contra

deos disputandi, sive ex animo id sit, sive simulatè.

Simulamen, inis, vel Similamer. Repræsentatio, simulatio. {*סְלֵמָה* tse-
lém *לִמְדָה* semel *תְּמַוֵּג* dimijón. i.e. *μοντερίσις μηδενίσις*. GAL. Representa-
tion, imitation, semblance. ITAL. Representatione, simiglianza.

GERM. Einbildung / glessnerey. HISP. Laymagen ò semejança. ANGL.

Afayning or pretending of that which is not. } Ovid. de Adonide lib.

10. Metam.

Annua plangoris peraget simulamina nostri.

id est, repræsentationem nostri doloris. Loquitur etiam de sacris an-
nus, quæ Adonia dicebantur, in quibus Adonis plangebatur, ac lu-
etus Veneris referebatur.

Simultas, atis, Inimicitia, à simulando, ut quidam volunt, quod propriè
latens & dissimulatum odium nomine hoc significari existiment:
quoniam re vera etiam de apertis inimicitias dicatur. {*אִיבָּרֶתֶת* ebah.
i.e. *בְּלֹעַת*. GAL. Haine converte. ITAL. Odio coperto. GERM. Ein heimlich er-
teib vnd neyd zwischen etlichen feindschafft / gross. HISP. Competi-
cion odiosa entre dos, odio cubierto. ANGL. A covered hatred, grudge. }
Cicer. pro lege Manilia. Ut multas etiam simultates, partim obscu-
ras, partim apertas intelligam mihi non necessarias, vobis non inu-
tilies suscepisse. Juvenal. Satyr. 5.

Inter finitos vetus atque antiqua simultas.

Plaut. Pseud. Nam hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem
suam.

Simulter, adverbium dixerunt antiqui pro similiter. {*כְּנָאָגָם* chen.
égois. } Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Ex ossabō ego cum simuler ut mu-
trenam coquus.

Simultum, vermis in cornu arteris. GL. Isid.

Simus, a, um. {*סְלֵמָה* charom. ouos. GAL. Camu. ITAL. Con le narici
voltate in su. GER. Ein schaffsnas / flachnas. HISP. Cosa que tiene las
narizes romas. ANGL. That hath a flatte nos. } Qui pressis est naribus; unde proprium est captarum epitheton. Virg. 10. Eclog.

Dum tenera attundent sima virgulta capella.

Hieronymus de Socratis uxoribus, Quæ cum crebro inter se jurga-
rentur, & ille illas irridere solitus, quod propter se secundissimum ho-
minem simis naribus, recalva fronte, pilosis humeris, & repandis
cruribus disceptarent. Martial. lib. 6.

Atque ille sima nare, turgidis labris.

Simulus, diminut. Martial.

Simulus iste quis est, uxori semper adharet

Qui Menedore tua?

Sin, *σύν*, *καὶ*, cum subjunctivo, ex si & ne componitur, adjecto e, si-
gnificatque si verò: & nunquam in prima parte collocatur, & nisi
præcesserit si, sed in secunda, ubi duorum est oppositio: & ferè sem-
per in priore parte præcedit. {*GAL. Mais si, si non.* ITAL. Ma se. GER.
Oder so / oder roann / roann aber. HISP. Mas si, ANGL. Bot if, if not. }
Terent. in Andr. Si illum relinquo, ejus vita timeo: si opitulor,
ejus minas: habent enim quandam vim negationis, perinde ac si di-
cetur, Si autem non relinquo, sed opitulor. ¶ Aliquando sin, so-
lum repetitur, ita tamen ut conditio aliqua intelligatur præcessisse,
Salustius in Ingeruth. Imperat ut pretio, sicuti multa confecerat, in-
sidiatores Massinæ paret, ac maxime occulte: si id parum procedat,
quovis modo Numidam interficiat: id est, si potest, occulte; si non
potest, utcumque queat. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Licet te colloqui, b.
At non liber. r. Sin est tuam in rem.

Sina. {*סִינָה* sina. } Urbs Mesopotamiæ, quo nomine etiam dictus
est mons Petrasæ Arabiæ. Apostolus, Sina m̄s mons est Arabiæ, qui
conventus est ei, qui nunc est Hierusalem.

Sina vulgo China, Benjamo Tudensi nota, ultima terrarum Asiae,
ab Oriente & Meridie alluitur Oceano, ab Occidente Indiam ul-
tioriem attingit, ab Septentrione cingitur Tartarorum limitibus.
Sinada (quod hic pro Catiæ urbe legebatur) Vide Sonnada.

Sinæ, *σύνη* populi sunt Indiae, ad Septentrionem scribus, ad Occasum
Indis extra Gangem finitimi, terras incognitas desertaque ad Or-
tum & Meridiem habentes. Horum caput est Thina. Autor. Ptol. lib.
7. 3. Stephanus urbem quoque ipsam Sinas appellat.

Sinada via. Gloss. & II. Long. lib. 1. tit. 2. §. 1. 5. 6. Melius est Snea. GER.
Schneide / est cæsura, via dividens territorium: à scheneidem scin-
dere, dividere.

Sinapī, neutr. gener. & indeclinabile, vel Sinapis form. gen. {*σινάπη*.
GAL. Senepæ, mouillarde. ITAL. Senapa, senape. GER. Senf. HISP.
Mostaza. ANGL. Mustarde. } Herba est semen ferens tanta acri-
monia ut cœat lacrymas comedenti, in hybernis condimentis
usitatissimum. Plin. lib. 18. cap. 9. Aceratum sapore, ignei effe-
ctus, ac saluberrimum corpori, sinapi. Plaut. in Pseud. sc. 2. a. 3.
form. gen. usus est. Tertitur (inquit) scelerata sinapis cum illis. Item
Colum. lib. 10.

Séque laceffenti fletum factura sinapis.

Sinapismus, *σιναπίς*, cataplasma ex sinapi: tanquam ex *σιναπί*.
item exuleceratio cutis, quæ sit imposito cataplasmate è sinapi.
Hadr. Iun.

Sinapodes, (quod hic corruptè legebatur,) vide Hiantopodes.

Sincerus, vide Syncerus.

Sincinia. Fest. Sinciniam cantionem, solitariam Gloss. A. L. Sincinum
dicitur, quasi singularis cantilenæ vox, cum unus canit, quod
Græcis monodia dicitur: quum vero duo, bicinium: quum mul-
ti, chorus.

Sincipit, itis: & sincipit pars antica capitinis, aures temporaque
complectens. {*βριτσή*. GAL. Le devant de la teste. ITAL. Parte di-
nanzi della testa. GER. Das forder theil des haupts so die oren vnd
schlaßaderen begreiff das forhaupt. HISP. Pedago delantero de la ca-
beza. ANGL. The fore part of the head. } Sincipit, ut inquit Cornu-
Calepini Pars II.

tus in Persium, antica pars capitinis: Occiput postica, sive posterior
pars. Plaut. Menachmis sc. 2. a. 3. & sc. 2. a. 4. Non est tibi sanum
sinciput, adolescens. Ibid. sc. 3. a. 1. Glandium, pernam, sinciput
Juvenal. Satyr. 13.

Si verò & pater est, comedam, inquit, flebile nati;
Sinciput elixi, Pharioque madentis aero.

¶ Neque solùm in homine sinciput dicitur, verum etiam in brutis
animantibus: & præcipue in genere suillo. Erant enim olim in de-
liciis sincipitia verrina sive aptugna, acero condita, & ad esum
præparata. Plin. lib. 8. cap. 51. Interdicta quoque abdomina, glandia,
testiculi, vulvæ, sincipitia verrina.

Sindā, dæ, οὐδε, oppidum Lycaoniæ in confinio Galatiae atque Cappa-
dociæ, teste Plin. lib. 5. sc. 27. Stephanus Sindam aliam in India collo-
cat ad sinum magnum à Sindis populis habitatam.

Sindōn, is, {*סִינְדָּה* sadhin. οὐδέως. GAL. Un lingo fort desifié, crespé. ITAL. Lin-
ziolo molto sottile. GER. Reiner vnd kostlicherlein roatt. HISP. Lienço
sutil. ANGL. Laryen or fine linnen cloth. } Amictus ex linea Ägyptia-
co, inde, ut creditur, nomen habens quod primū in Sidone urbe in-
ventus ob id Tyria Sindo à Martiale dicta, lib. 4.

Ridebis ventos hoc munere tecus & imbræ,

Nec sic in Tyria sindone tutus eris.

Sincerastum, vide Syncerastum.

Sinē, præpositio separativa, idem significans quod, absque, citra. {*אַלְבָּיָה* בְּלֹתִי. bilti. וְלֹתִי. GAL. Sans. ITAL. Senza. GERM. Ohn. HISP. Sim.
ANGL. without. } ut, sine Cerere & Baccho friger Venus, Ter. Es-
nuch. Virg. 1. Aeneid.

Imperium sine fine dedi.

Ovid. 2. Metam.

Immortisque oculos in se sine fine tenent: em

Nescius extimuit.

Ibid. lib. 13.

Tu vires sine mente geris,

Item,

— sine peccore miles,

ibid. & Plaut. Capt. sc. 5. a. 3. Haud sine peccata feceris. Idem Aul. sc. 4.
a. 1. Te civem sine omni malitia sum arbitratus. (i. sine ulla.) Sic ibid.
sc. 1. a. 4. Sine omni suspicione in ara hic assidam.

Singara, æ, οἱ Σιγάραι. Arabia utbs Rhetanorum caput. Autor Plin. lib. 5.
cap. 4.

Singidunum, Semender, Hungaris Zenderin, Italis Samandria, V.E.
Serviae, seu Mysia superioris, ad Danubium: à Turcis anno 1439.
capta.

Singilio. Trebellius in Claudio. Singillones Dalmatenses decem.
Meurs. GL. Graceb. non probat legi singillones, & exponi de parvis cin-
gulis, quibus equites Dalmatae uterentur. Singillones ait nihil
aliud sunt, quam ἀπλοῖς. Est autem ἀπλοῖς vestis simplex. Nam
Odyss. 10. ἀπλοῖς χλαῖς. Singilio ergo est ex singulo, seu uno: non
è gemino panno, quæ διπλοῖς.

SINGULUS, a, um, semel unum, plurale est usitatus, Singuli, x, a, Vnus-
quisque per se, hoc est, separatim ab aliis. {*Σύνισθ*. οὐδέως εχα-
chol. Eng sui, οὐδέως ίνα. GAL. Chacun, l'un apres l'autre. ITAL. Chi si uno
da per se. GER. Jetzlihs besonder. HISP. Cada uno, sendos. ANGL.
Everichone, severally. } Cicet. 7. Verr. Ut non modò plutes, sed ne
singuli quidem possint accedere. Virg. 1. Aeneid.

Namque sub ingenti lustrat dum singula templo, &c.

Idem 6. Aeneid.

Suscipit Anchises atque ordine singula pandit.

Plaut. Amphitr. Rex vigiles nocturnos singulos semper locat. Idem
Menach. sc. 1. a. 3. Affatim est hominum qui singulas escas edunt,
Ovid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.

Singula qui referam.

Dicimus autem Latinè. Aliquid fieri singulis diebus, vel in singulis
diebus, eum præpositione In: vel cum accusativo in singulos dies, pro
eo quod est, quotidie. Cic. pro Murina, Qui singulis diebus ediscen-
dos fastos populo proposuit. Idem 2. de natura deorum, Sol binas in
singulis annis reversiones facit. Idem ad Atticum, Quid quotidie vel po-
tius in singulos dies breviores literas ad te mitto. In dies tamen, si-
ve in dies singulos, licet idem significant quod quotidie, vix unquam
tamen in oratione ponuntur sine comparativo aut verbo incremen-
ti. Idem in Catil. Crescit in dies singulos hostium numerus. {*Ca-*
pitut etiam substantivi more, addito adjectivo: Cel. l. 5. c. de Phygetlo,
Licet etiam miscere æquis portionibus ammoniacum, galbanum,
propolim, viscum, pondusque adjicere myrram dimidio minus, quam
in prioribus singulis. Sic optimi codices. ¶ Antiqui etiam singu-
lum dicebant pro unico & singulari. Plautus in Cistell. At. at, singu-
lum video vestigium. Sic singulo numero, pro singulari, dixit Gel-
lius c. 8. lib. 19. De Cælo (inquit ille) & Tririco non inficias eo quin
singulo semper numero dicenda sint. Ibidem paulo inferius; Nam cum
Arena singulari numero dicta, &c. Item c. 13. lib. 18. Nisi dixerat, nu-
mo singulo multabatur.

Singulæ, sc. litteræ: quæ contractæ sigla, sic sigla, seu singula, sc. elemen-
ta, ut S. P. pro salute plurimam.

Singulär, e, ονικος peculiaris. {*διάφορος*. GAL. Singulier, seul, unique.

ITAL. Singulari, unico. GERM. Einig, einzig, allen. HISP. Cosa sin-
gular. ANGL. Singulare, one. } Plin. lib. 28. cap. 10. Democritus etiam
nomen affectus auget ejus qui singularis natus sit. Verbis singularibus
gratias agere, hoc est, quæ unum tantum non etiam plures comple-
terentur. Cicet. in Catil. Primum quod mihi gratias egistis singula-
ribus verbis, &c. ¶ Dicitur aliquando singulare, quod est excellens, &
tam in malum quam in bonum sumitur. {*ἴκοσι*. Cicer. pro Silla, Me
singulari immanitate & crudelitate præditum. Plin. Epist. 45. Mox
vehiculum ascendit, assumit uxorem singularis exempli, &c.

Sueton. in Aug. cap. 71. Erat illi locus in edito singularis. (sup in
ædibus.) Pro eodem antiqui dicebant singularius, quod Nonius
annotavit citans locum Turpili in Demetrio, Homini natura
unica est & singularia. Plant. in Capt. sc. 2. a. 1. His indito catenæ
singularias, hoc est, singulis catenam unam. Sic singularia literæ.

Oo 3 Gel.

Gell. cap. 9. lib. 17. Et Quintilian. Quæ natura singularia sunt seca-re. Gell. 1.9.c. 4. Homines singularitatem velocitatis.

Singulärer. Unicè, excellenter, magnoperè, mirum in modum. {ιερός, ιερώς. GAL. Singulierement. ITAL. Singularmente. GERM. Sonderlich / einzige für andere. HISP. Singularmente. ANGL. Singular-ly, passingly.} Cicer. 4. Verr. Quem ego singulariter in prætura mea dilexisem.

Singulatim, aliud averb. Minutatim, scorsim, separatim, per singulos. {χρόνος οὐδέποτε. GAL. Chacun à part soy, l'un apres l'autre, singulierement. ITAL. Singolarmente, à uno, per uno. GERM. In sonderheit / besonder. HISP. Singolarmente, uno à uno, apartadamente. ANGL. Particularly, severally, every one a part.} Cicer. 1. Verr. Si tantulum offendimus, tubatumque sit, ut ea quæ singulatim ac diu collecta sint, uno tempore universa perdamus. Idem 1. de Invent. Singulatim de unoquoque genere in secundo libro dicemus. Pro eodem etiam dicimus sigillatim. Cæsar. lib. 5. bell. Gall. Centuriones sigillatim Tribunosque militum appellat: quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognoscitur.

Singulator, ιππαγος κιλης. GL. Phil. nempe ut est in alio Gloss. quod citat Meursius, μοροκοστάς, qui uno equo servit. Germ. Einspänner; ut miles gregarius, Meurs. in L. g. b. In imperio Orientali erant agmina fossati certis locis per regiones distributa in monocaballos, dicalablos, tricaballos, & megalogitas.

Singulator, is, qui Manilio lib. 5. solo vectatus equo. Ei opponitur de-sultor ζεξιππος μυμάντης, combinator. Huic juncti erant equi, à quorum alterutro in alterum corpus transmittebat.

Singillatim, Singulatim, hoc est, unumquodque per sc. ιερός ιερός. Cic. 4. Phil. Civitas non singillatim, sed provinciis tortis dabatur. Lucilius Singillatim unusquisque nostrum movet. Sueton. in Augusto, Atque etiam singillatim è certo genere hominum libentes, ac pro facultate quisque pecunias contulerunt. Dicitur & sine n. Sigillatim. Cæsar 5. bell. Gall. Centuriones sigillatim Tribunosque militum appellat, quorum egregiam fuisse virtutem testimonio Ciceronis cognoverat.

SINGÜLTUS, us, ui. {נְקַנֵּן anakah. נָוֶזֶת. GAL. Hoquet, ou hoche. Item Sanglot, que l'on jette en pleurant. ITAL. Singulto, singhiozzo. GER. Das Flugen/auffklopfung. HISP. Solleço ò obra pe dipar. ANGL. Yawning, hiccup or sobbing. Species est convulsionis, quæ fit vel nimia spirituum suppressione, vel propter inanitionem, vel repressionem immoderata, vel ob erosionem ab acrioribus in ventriculo humoribus: quas cum facultas expultrix per se expellere non possit, motricem in auxilium accersit, spiritumque aut humores noxios vi quadam cum sonitu expellit: atque ita ceterum convulsionis quoddam genus in ventriculo quod singultum appellamus. Cicer. pro Planc. Non modo lacrymulam, sed multas lacrymas & singultum cum fletu videre potuisti. Neque solius hominis est singultus, verum etiam brutorum animantium, ut equorum. Virg. 3. Georg.

— imaque longo

Ilia singultu tendunt.

Idem 9. Aeneid.

— & longis singultibus ilia pulsat.

Ovid. 3. Amor. Eleg. 7.

Oráque singultu conciente sonant.

Idem Eleg. 3. lib. 1. Teist.

Singultus medios impediente sonos.

Item gallinarum. Col. lib. 8. cap. 5. Assiduus autem debet esse custos, & speculator parientes: quod se facere gallinae testantur crebris singultibus interjecta voce acuta.

Singulto, hoc est, singultus emitto. {נְקַנֵּן anak. λόξω. GAL. Hoquet, avoir le hoquet. Item, Sanglotter en pleurant. ITAL. Singultare. GERM. Kluxen. HISP. Sollofar ò hipar. ANGL. To yexe, or have the hiccup.} Plin. lib. 23. c. 21. Nec singultientibus, nec si cum febre dyspnœa sit, &c.

Singultus, as, frequentativum, quod est frequenter singultio. {πολὺς λόξω. GAL. Sangloter, hoquerer souvent. ITAL. Singultare spesso. GERM. Kluxen eins flugens. HISP. Sollofar ò hipar muchas veces. ANGL. To yexe often.} Virg. 9. Aeneid.

Tum caput ipsi aufert domino truncumque relinquit

Sanguine singulantem.

id est, cum Singultu animam efflantem. Quintilianus, Singulantum modo brevia quædam ejicere.

Singultum adverbium, qui per glutos loquitur. {GAL. En hoquetant. ITAL. Facendo singolti. GER. Mit kluxen oder abgebrochenen worten. HISP. Sollofando ò hipando. ANGL. with yawning.} Horat. Serm. Satyr. 6.

Vt veni coram, singultum pauca locutus,

id est, verbis interruptis. Budæus.

Singultus, atis, pro singultu. Ovid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.

Et singultatis oscula missa sonis.

SINISTRA, æ, Manus læva, à sino, is, ut placet Festo eò quod aves, quæ ad lævam apparent, rem institutam nos agere sinant. {נְאַתָּנוּ שְׁמָלִה. ενατερ, αποτερ. GAL. La main senestre, ou gauche. ITAL. Mano sinistra, man manca, man zanca, man stranca, man mancina. GERM. Die linke hand. HISP. Mano sinistra, ò yz quierda. ANGL. The left hand.} Virg. 10. Aeneid.

— tlypeum tum deinde sinistra

Extuli arditem.

Idem 5. Aeneid.

Nunc dextra ingeminans iHui, nunc ille sinistra.

Ovid. 3. de Ponto,

Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra.

¶ Sinistra ponitur aliquando pro ea parte quæ sinistram manum versus est. Cic. 1. de divinat. Cur à dextra corvus, à sinistra cornix faciat ratum. ¶ Ponitur aliquando adverbialiter pro, à parte sinistra. Cicer. 4. Acad. Et quum in uno modo ornatus hic sic tam mirabilis, innumerabilis, supra, infra, dextra, sinistra, ante, post. ¶ Sinistra manus furtifica appellata à Plaut. in Pers. Vbi illa altera est furtifica

læva? eam ob causam, quod hac manu fuita potissimum fiebant, dum dextra aliud simulabatur. Catul. in Asinum,

Inter cœnam Asini manu sinistra

Non bellè uteris in joco atque vino,

Tollis linsea negligentiorum.

Inde apud cundem sinistra liberalitas in Epigramm. ad Cæarem, quæ ex furris & concussionibus facta est.

Sinistre, ra, rum, quod ad sinistram est. {נְאַתָּנוּ שְׁמָלִה. αλος, οκαος, ο-εστερος, κετ ιφημισμος. GAL. Senestre, à gauche. ITAL. Chi ò alla sinistra. GERM. Link/auß der linken feiten. HISP. El que puesto à la mano sinistra. ANGL. That is on the least hand.} ut, Sinistra manus, Sinistrum cornu. Liv. 3. ab Urbe, Nam quum æquasset aciem, duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, renuere. Virg. 10. Aeneid.

— Pallásque sinistro

Affixus lateri.

Idem 7. Aeneid.

— vestigia nuda sinistri

Instituere pedis.

¶ Sinister, & sinistrius. Varr. 2. de re rustic. cap. 5. Siquidem si mas est, in dexteriorem partem abit: si femina, in sinistriorem. Cicero, Cornu sinistrius, quod erat infirmius. ¶ Sinistrum autem, quantum ad augtria pertinet, significat prosperum, teste Festo, propterea quod nos agere aliquid sinat. Cicer. de Leg. Is ave sinistra dictus populi magister est. Aliam tamen, ejus rationem affert Varr. lib. 5. Epist. questionum, his verbis: A deorsum sedem quum in Meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi exorientes, ad dexteram occidentes: quo factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextera, esse existentur. ¶ Aliquando accipitur pro adverso, noxio, ominoso, quod quæ sinistra manu sunt, minus rectè fieri videantur. {GAL. Malheureux, ma fortune. ITAL. Infelice, nocevole, contrario. GERM. Unglücklich / schadlich. HISP. Cosa de mal aguero. ANGL. Unprosperous, unhappy.} Sueton. in Tiber. cap. 13. Quoniam sinistra fortuna filios mihi eripuit. Virg. lib. 1. Georg.

Arboribnsque, satisque, Notus, pecoriique sinistre.

Plin. Epist. 9. Nemo me apud quenquam sinistris sermonibus carpit: neminem ipse reprehendo, nisi unum me. Virg. 9. Eclog.

Ante sinistra cara monuissest ab ilice cornix.

¶ Sinistrum, pro stupro, sive turpitudine. Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

— Si qua est studiosa sinistris.

Sinistre, adverbium, Male. {οκαιως, ουρωως. GAL. Du côté senestre, à la mal heure, de la main gauche. ITAL. Da banda sinistra, infelicitamente. GER. Unglücklich, läch. HISP. Hazia la mano yz querida, desdichadamente. ANGL. Unluckily.} Tacit. lib. 1. 7. Cæterum utraque cædes sinistre accepta. Exceptus sinistre, Horat. in Arte.

Sinistrorum, adverbium, Ad, sive versus sinistram partem. {in αγνη, εν τα οκαω. GAL. A gauche, à la main gauche, du côté sinistre. ITAL. Di banda sinistra. GERM. Auf die lincke hand ober lincke seit. HISP. Hazia de mano yz querida. ANGL. Towards the least hand.} Horat. 2. Serm. Satyr. 3.

Ille sinistrorum, hic dextrorum abit.

Legitur & sinistrorsus: quod & Festus annotavit, citans locum Cæsaris 6. bell. Gall. Hinc se flectit sinistrorsus, diversis à flumine regionibus.

Sinistritas, atis, Perversitas, improbitas. {נְאַתָּנוּ שְׁמָלִה. GAL. Malheur, sottise, lourdis. ITAL. Senefrezza, malignità. GER. Der linke oder idz finn/geucherey/verkerung. HISP. Aquella disposition del sinistro, maldad. ANGL. Lack of grace in doing a thing unhand semensis.} Plin. Epist. 182. Plerique autem dum verentur ne gratiae potentium nimium impartitæ videantur, sinistritatis, atque etiam malignitatis famam consequuntur.

Sinistrum, inquit Festus, antiqui dixerunt pro sinistro: ut, Sinistram auspicium, quum aves à sinistra conspicuntur: id autem dextro felicius habebatur. Cujus rationem hanc reddit Festus, ex sententia Varonis, quod veteres decorum sedem ad Septentrionem esse voluerunt, atque inde eos in Meridiem spectare. Quo sit ut ortum ad dextram, Occasum habeant ad sinistram.

SINO, is, lvi, situm, non impedio: omitto, desino: finio: permitto, liberum facio. {כְּפִין חַמִּידָה. ειω. αφιη. GAL. Permettre, laisser faire. ITAL. Permettere, lasciare. GER. Lassen oder zulassen/gestatten. HISP. Dexar ò desamparar. ANGL. To suffer, to permitte.} Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Sine sis loqui me. Ibid. sc. 2. a. 1. Sine modo (minantis.) Idem Asin. sc. 2. a. 5. Sine veniat modò domum. Ibidem sc. 3. a. 1. Pledoile. Sine sim nihili: p. Mitte me. Sino. Idem Mostell. sc. 4. a. 1. Sine cadere me. Sino. Idem Curc. sc. 3. a. 1. Nunquam sinam te hoc triduum domi esse. Idem Amph. sc. 3. a. 4. Sine me Blepharo. (id est, ne me tene.) Idem Mostell. sc. 1. a. 1. Sine modò, advenit senex, id est, herus. Varro, Sine is ad pubertatis annos perveniat. Terentius Andr. Sine nunc me vivere interea modo. Ibidem. Sine te hoc exorem. s. Sino. Cæs. 4. bell. Gall. Vinum ad se importari omnino sinunt.

Situs. {נְאַתָּנוּ שְׁמָלִה.} & siturus, particip. Permissus, & permisitus. Cic. pro Sextio, Accusat eum moderate, à quo ipse nefarii accusatur, per Senatus autoritatem non est situs. Idem ad Q. frat. lib. 2. Cato concionatus est, comitia haberi non siturum. ¶ Hujus compotum est, Desino: de quo suo loco.

Sinon, onis, penult. genitivi product. Nomen est filij Sisyphi, ne portisq; Autolyci furis, Autolycus enim, teste Servio, duos habuit liberos, Sisyphum, unde natus est Sinon: & Anticleam, unde Ulysses. Hinc est quod Virgil. 2. Aeneid. Sinoni astuti & fallaciis proditoris tribuit personam. Hic namque cum Græcis Troiam profectus, post diuturnum bellum ab iisdem subornatus, sua sponte se Troianis capiendum obtulit, & ad Priamum deductus, illi & omnibus civibus Græcos abiisse, ac equum illum ingentem in urbem recipiens dum esse fictionibus suis persuasit, sed maximo eorum detrimen-to. Virg. Aeneid.

Talibus

*Talibus infidiis perjurique arte Simonis
Credita res, &c.*

*Simonis hujus inventum esse significationem specularem, autor est
Plinius lib. 7. cap. 56.*

*Simonia, insula Corsica ultra Tyberina ostia in Antiano, ut tradit Plin.
lib. 3. cap. 6.*

*Sinopē, Asopi filia dicitur, quam Apollo raptam in pontum traduxit,
& ex ea genuit Syrum, inde Syri postea appellati sunt: tametsi
alijs Martis & Æginæ, alijs Parnasses & Martis; quidam autem non
ab Apolline viciatam, sed ab eo & Iove perpetuam virginitatem
fortitam, cum illi spe concubitus, quicquid postulasset, ei daturos
promisissent.*

*Sinopē, σινώπη, urbs Ponti, quæ olim frequenti gymnasio, & rubricæ
genere, quam Sinopicam vocant, clarissima fuit. Sinopem (in-
quit Strabo lib. 12.) urbium quæ in Ponto sunt, clarissimam Mile-
si condidere: quæ classe comparata, mari, quod intra Cyaneas
est, imperavit. Extrà verò multorum certaminum particeps fuit
cum Græcis; & quum libera fuisset, tandem amissa libertate, Phar-
naci obtemperavit (fuit enim obsidione capta) posteaque successo-
ribus ejus usque ad Eupatorem, & Romanos, qui illum sustulerunt.
Eupator ibi natus & educatus, eximiè illam coluit, & regni
metropolim fecit. Munita est naturali providentia. Nam in colle pe-
ninsulæ cuiusdam sita, ex utraque Isthmi parte portus & stationes
habet, &c. Hinc Diogenes Cynicus, & Timotheus, Pattion, & Di-
philus comicus orti sunt. Cicero in oratione pro Pompeio haud ob-
scure indicat in Sinope & Amiso Mithridatis olim domicilia fuisse,
omnifariis rebus ornatissima, refertissimâque.*

Sinopēus, gentile, per tres syllabas. σινώπευς. Ovid. 1. de Ponto,

Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus.

*Sinopē, idis. § Σινώπη schæschär. σινώπη. Rubrice genus præstantissi-
mum, quod circa Sinopen Ponti urhem effodiebat: unde &c., nomen
habet. Plin. lib. 53. cap. 6. Nascuntur sinopis, rubrica, parætonium, me-
linum, eretria, auripigmentum; cæteri singuntur. Et paulo post, Sinopis
inventa est primum in Ponto: inde nomen à Sinopite urbe. Specie-
s ejus sunt tres, rubens, minus rubens, & media. Hæc ille. Vitruv.
lib. 7. eam rubricam sinopicam appellavit, Strabonem arbitror se-
quutus, qui lib. 12. uñlōy σινώπη eam nominat, & in Cappadocia
eam nasci assert: idcirco autem sinopicam vocari, quod à mercato-
ribus Sinopem soleret ad mercatum deferti, priusquam Ephesiorum
emporium tam celebre esset.*

*Sinties, & Saphæi, dicebantur Thraces, qui Lemnum olim incolue-
runt Stephan.*

*Sinuēsa, τρισσα. vulgō Sessa. Oppidum (ut inquit Plin. lib. 3. cap. 5.)
novi Latij extremum, non procul à Liri fluvio, quod quidam olim
Sinopen appellatum voluerunt. In ejus agro gignitur vinum co-
piosum, quod à saxosis collibus in quibus nascitur, Sinuēsanum
petrinum vocat Horatius. De hac Livius lib. 10. In saltu Vestino Fa-
lernum contingente agrum, Sinope dicitur Græca urbs fuisse, Si-
nuessa deinde à Romanis colonis appellata. Strab. lib. 5. Sinuessa in
Setano sita est sinu, à quo nomen vendicat. Ei proximæ calidæ sunt
balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ.*

Sinum, vas lactis. Varro.

Sinūo, as, Sinuosus, vide Sinus.

*Slaüs, Curvitas illa quæ est intra pectoris, brachiorumque comple-
xum. § πηλοκράσιον. GAL. Sein, replis. ITAL. & HISp. Seno. GER. Der-
busen. ANG. To bosome. § Terent. in Adelph. Hic non amandus? hiccine
non gestandus in sinu est? Ovid. Ep. 3.*

Terrenet in tepido mollis amica sinu.

Idem Eleg. 1. lib. 4.

*Inque sinu domina carisque nepotibus, inque
Securus patria consenuisse mea.*

Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Inque sinum moesta labitur imber aqua.

*Suet. in Augst. prætentare sinum (metu occulti ferri, sup.) Seneca
in Troade, Blando sinu fovens nepotem. Fovere dextram sinu, Ovid.
1. Amor. Eleg. 4. Hinc sinu vestium appellati sunt, laxitates inter-
plicas intermediae. Virg. 1. Aeneid.*

Nuda genu, nodoque, sinu collecta fluentes.

*¶ In sinu gaudere, proverbialiter dicitur pro, Tacitam apud se vo-
luptatem sentire, nullis foras prolatis gaudijs notis. Tibullus.*

Qui sapit, in tacito gaudiat ille sinu.

*Cicer. in Epist. ad Qu. Fratr. Mihi crede in sinu est, neque ego dis-
cindor. His verbis promittit fidem silentij. Nam si quis discinga-
tur, efflat quod sinu creditum est. ¶ Sinus pro securitate. Plinius
in Paneg. Gestus Consulatus non in hoc urbis otio & intimo pacis
sinu, sed juxta barbaras gentes. ¶ Pro tutela, atque præsidio; Pli-
nius in Paneg. Confugit in sinum tuum concussa Rœpub. GAL. Se-
vient ietter entre tes bras, se met en ta sauvegarde & protection &
dæfense. Eodem sensu dixit Cicero initio 5. Tuscul. se gravissimis
casibus magnâque tempestate jactatam in sinum Philosophiae con-
fugere. ¶ Per translationem quoque sinus vocantur littora curva,
duobus quasi brachiis longius in mare procurrentibus inclusa,
Græci κόλπος, appellant. § GAL. Gouffre, ou golfe de mer. ITAL.
GERM. Ein Meerschoß. HISp. Golfo de la mar entre dos cabos.*

*ANGL. The bosome of, he sea. § Hinc Plinius totam Europam, qua
Mediterraneo mari alluitur, in quatuor præcipios dividit sinus, quo-
rum primus Calpæ Hispaniæ, & Lacinio extremo Italiz promonto-
rio includitur: secundus à Lacinio initium sumens, Acrocerauniis
montibus terminatur: tertius ab Acrocerauniis ad Hellesponti an-
gustias extenditur: quicquid reliquum est Europæ usque ad Tanaim
flavium quarto sinu includitur. Senec. Epist. 54. Sinus præcidere in
navigando. ¶ In oculis item sinus dicuntur concavitates illæ, qui-
bus lacrymæ erumpentes, primum excipiuntur. Sic enim interpre-
tatur Servius in illud Virg. 4. Aeneid.*

Sic effusa sinus lacrymis implevit abortis.

*Pollux vocat γόλγυ. Accipitur item sinus pro gremio, sive ea
parte vestis, qua verenda teguntur. Juvenal. Satyr. 9.*

Calepini Pars I.

*Fata regunt homines: fatum est in partibus illis,
Qua sinus abscondit: nam si tibi sidera cessant,
Nil faciet longi mensura in cognita nervi.*

*¶ Sinus ulceris, pro concavitate. Celsus cap. 2. lib. 7. Dandaque ope-
ra, ut imus sinus exitum habeat, ne quis humor intus subsidat, &c.
Apud eundem, sinus tumor opponitur, ubi de luxatis membris sic
scibit: Siquidem semper ea parte tumor est, in qua os protumitur: cù
sinus, à qua recessit. ¶ Nonnunquam etiam pro cassibus venatoriis.
Martial. lib. 13.*

*Pulcher adestr onager, mitti venatio debet
Dentis Erithras, jam removere sinus.*

*¶ Aliquando pro velo, quod ventis flantibus curvatur, & sinuosum
redditur. Virg. 5. Aeneid.*

*Colligere arma iubet, validisque incumbere remis,
Obliquatque sinus in ventum, &c.*

Iuven. Satyr. 1.

Toros pande sinus.

*Quintilian. Valido spiritu nostros sinus (velorum) tendat. ¶ Sinum
ex toga facere, est extrebas togæ oras ita contrahere, ut in medio
sinus, hoc est, capacitas quædam relinquatur. Liv. 1. bell. 1. un. Tum
Romanus sinu ex toga facto: Hie (inquit) vobis bellum atque pacem
portamus: utrum placet, sumite. ¶ Sinum effundere. Idem lib. 1.
bell. 1. un. Cùm is sinu effuso bellum dare dixisset. (id est, excussa
toga, quam in sinum collegerat. Bud.) ¶ Sinum deducere: Suet. in
Caf. cap. 82. Quo honestius caderet sinum ad ima crura reduxit.
Item Quintilian. Sinum (togæ) reducere usque ad lumbos. ¶ E si-
nu aliquis esse dicimus, quod ex intima familiaritate ejus esse vo-
lumus intelligi. Cic. 3. verr. Vertes simulac tetigit provinciam, statim
Messianam literas dedit: Dionem evocavit, calumniatores ex sinu
suo apposuit qui, &c. ¶ In sinu suo habere, pro eo quod est habere
in potestate sua. Caius Iureconsultus, Titio cætum do, lego, quæ mihi
pertulit, quæ ideo ei non cavi, quod omnem fortunam & substan-
tiæ, si quam à matre suscepere in sinu meo habui sine ulla cau-
tione. Senec. Non stabat quidem Resp. sed in boni principis sinum
cedderat. ¶ Sinus solitus pro liberalitate ponitur: quo modo
accipitur à Seneca. Non recipit sordidum virtus amatorem: so-
luto ad eam sinu veniendum est, id est, plena liberalitate, & co-
pia effusa, ut interpretatur Bud. & ut Henrie. Steph. id est, arca
aperta & penu reclusa. ¶ Sinus, nus, prior, product. Genus vasis fi-
nuosi, interprete Nonio, quemadmodum & galeola. Plautus, in Cur-
cul. sc. 1. a. 1. Hic cum vino sinus fertur. Varr. de Vita populi Romani,
ut idem Nonius citat, ubi erat vinum positum in mensa, aut ga-
leola, aut sinu. Virg. Eclog. 7.*

*Sinum lactu, & hac te liba Priape quotannis
Expectare sat est, &c.*

*Varr. in hac significatione in neutro genere ponit, lib. 4. de ling. Lat.
Sinum, vas vinarium grandius, à Sinu: quod sinum majorem cava-
tionem habeat quām poculum. Item Sinus. 1. Varro apud Non. vas
vinaria, Sini, cymbia, pateræ.*

Sinus Dei, arcana, & tutela, & benedictio ejus.

Sinus Abrahæ Luc. 1. 6. c. 12. est locus quietis piorum.

*Sinūs magnus, κόλπος μεγαλος, Indici Oceani sinus est, jugo seu promon-
torio magno, & Sævi fluminis ostii interseptus; ut describitur à
Ptolemaeo Tab. Asia undecima. Hispani, qui eam orbis partem lu-
straverunt, vocant Mare de sur, traduntque breviori itinere eò per-
veniri si Occidentem versus navigetur.*

*SINUO, as, Curvo, in sinu flecto. § κρυπτός, GAL. Entortiller, ou tortiller en
plusieurs plis, courber. ITAL. Ingobbire, intorcere. GERM. Krümmen oder
biegen in rechte oder falt hat. HISp. Enroscar, entorcer. ANG. To turne and
wind in forme of a serpent. § Virg. lib. 2. Aeneid.*

— sinuatus que immensa volumine terga.

id est, in sinu flectit. Ovid. lib. 2. Metam.

— tremula sinuantur flamme uestes.

*id est, rugantur, vel in sinu colliguntur. ¶ Sinuare, pro sinuoso &
cavum facere, Cels. lib. 7. de suppurratis loquens incidens: Dandaque
opera ut imus sinus exitum habeat, ne quis humor intus subfi-
dat qui & proxima, & adhuc sana corrodet. Idem Caf. Sinuari dixit,
pro sinuoso formari. Hinc componitur Insinuare: de quo satis multa
dicta sunt suo loco.*

*Sinuōsūs, a, um, quod habet multos sinus, flexuosus. § κόλπωδης. GAL.
Qui a plusiers plis, qui a plusiers détours. ITAL. Tortuoso, gombito, golfo.
GER. Das vil krumb oder falt hat. vol wintzen. HISp. Tuerto,
torcido, lleno de golbos ANGL. That hath many turnings or windings.
§ ut Mare sinuosum, Vela sinuosa, quæ vento inflata in sinu tur-
gescunt. Claud. lib. 1. de rapt. Proserp.*

— sinuosa draconum

Membra regens, volucrique per avia nebula tractu.

*Plin. lib. 11. cap. 37. Cor prima domicilia intra se animo & sanguini
præbet, sinuoso specu, & in magnis animalibus triplici, in nullo non
gemino. Virg. 11. Aeneid.*

Saucius at serpens sinuosa volumina versat.

Ovid. 5. Metamorph.

— tamen sinuosa ueste pependit.

*Sinuōsē, adverb. κόλπωδης. Unde sinuosus, obliquius ac magis obscurè,
rectius. Gell. lib. 12. c. 6. Sed ut tibi à me mos geratur, dicam ego in-
doctius (ut aiunt) & apertius quæ fuisse dictum puto sinuosius,
atque solertia, si quis nunc adesset Stoicorum.*

Sio, meio, Gl. Philox.

*Sion, & sium, σιον. herba est in locis aquosis nascens, frutice pingui, re-
cto, foliis satis, olusatro similibus, sed minoribus, & odoratis. Alio
nomine Laver dicitur, & vulgo Berula. Plin. lib. 22. cap. 22. His annu-
merant Sion, latius apio, in aqua nascens, pinguius, nigriusque, co-
piosum semine, sapore nasturtij. Ruellius lib. 1. c. 20. Sion sibi nomen
ascivit à concusso, quod Græci σιον dicunt, nam exuriendi vim
nactum est, utpote quod renibus calculos emoliatur, urinam &
menses exigit. Laver, ut mea fuit opinio, nomen à lavatu contraxit,
quod personantibus aquis enatum semper elui gaudeat.*

Sion mons urbis Hierosolymæ, proximus ei ad meridiem, ubi David arcem regiam habuit, circa quam cum multa ædificia essent, civitas Davidis appellabatur. ¶ Est ea montis pars, in qua arx Davidis erat. ¶ Arx ipsa Davidis. ¶ Ecclesia ibi circa arcam, publici cultus causæ, congregari solita. ¶ Sion in terris Ecclesia militans. ¶ Syncedochicæ, & metaphorice, Ecclesia N. T. ¶ Sion cœlestis, seu Ecclesia triumphans.

Siparium, iij, veli genus, quo utebantur, mimi, scenicique artifices ad scenam velandam. ¶ ΤΟΟ μασάχ. πεπινογ. GAL. Un rideau de quoy se servoient les joëurs de farces. ITAL. Velo da ornare il teatro, tapezziare. GERM. Ein vmbhang oder verhenecke der heustinen in scharospylen. HISP. Velo para ornar el teatro. ANG. A curtain used in stages. ¶ Cicer. de provinciis Consul. Itaque ille alter (ut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus) quibuscum jam in orchestra helluatur, antea post siparium solebat. Senec. cap. 11. de tranquill. Cothurno, non tantum sipariis fortiora.

Siphnōs, σίφνος. Insula est maris Ægæi, non procul à Scyro. XXVIII. M. passuum ambitu: antè Meropia & Acis appellata, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 12. Hæc insula locupletissima erat, teste Herod. lib. 3. ut in qua auraria & argentaria metalla essent, unde tantum pecuniae fiebat, ut ex decima ejus parte reponeretur apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par, Siphniis pecuniam, quæ quotannis conficiebatur, distribuentibus. ¶ Gentile est.

Siphnius, σίφνος. Stephano.

SIPHONÉS, § אַנְוֹרִים tſinorim. τιφωνις. GAL. Siringues ou tuyaux, Siphon. ITAL. Canoni, condutti de aqua. GER. Ein rödt durch welche man mit dem blæst wasser fürhin treibt. HISP. Los aguatochos o atenores de agua. ANG. Pipes to convey water, à conduite pipe. ¶ Canales, tubi, sive fistulæ in fontibus, quibus aqua vel alius liquor emititur: à sono dicti, quem edit aqua per eos erumpens, Juven. Satyr. 6.

Effigiemque dea longis siphonibus implent.

Plin. lib. 2. de aqua in summa juga erumpente, Quo spiritu acta, & pondere terræ expressa siphonum modo emittat.

Siphunculus, i diminutivum est à siphone. Exigua fistula ex ære, vel marmore, aliavæ materia, ex qua aqua exilit e fonte. ¶ ὁ μικρός, καὶ βενεγός οὐφων, τὸ σιφών. GAL. Petite siringue ou petit tuyau. ITAL. Picciol canon o condutto de aqua. GERM. Ein wasserörlin / brunnenörlin. HISP. Pequeno aguatocho, o atenor de agua. ANG. A cocke in a conductte, or a little cundite pipe. ¶ Plin. ad Apollinarem. In hoc fonte crater, circa siphunculi plures miscent jucundissimum murmur.

Siphra, defectus, privatio, nulla, ψήση, nihil significans.

Sipo, nis, id est, siphon, σιφων, instrumentum ad aquam ejaculandum compescendi incendijs gratiâ, vulgo Syringue. Hesichio σιφων ὡραῖον τις ἀγέτης ὁδότας in τοις ἐμπροσοῖς. Heromechanicus rationem docet in libro περιστροφῆς. Plin. in Epist. Et alioqui nulla hama, nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Hoc instrumentum Latinè etiam dicebatur locusta, vel lucusta: nam in peranti qui Critici lexico etiam exponit σιφων ἐμπενσμός.

Sipo, as, are, antiquis in usu erat pro spargere. ¶ Κτισθέντες τοις ζαράκησι, ονειδολέσι, πάνοσι. ANG. To sprinkle or strew a broade. ¶ A quo manerunt composita Dissipo, Insipo, & Obsipo: quorum significationem explicuimus suis locis.

SIPONTUM, i, sive Sipus, ūntis, σιπούς, vulgo Mansfreduria. Urbs Apuliae juxta Garganum montem à Diomede ædificata, quæ primum ob multitudinem sepiarum, quæ ibi capiuntur, Sepiuntis, fuit appellata, teste Strab. lib. 6. Lucan. lib. 5.

— Et subdita Sipus Montibus.

Hinc

Sipontinus, à Siponto, ut Sepiuntius, à Sepiunte, σιπουρίος.

Sipylus, σιπύλος. Stephano. Urbs est Phrygiae, quæ regnante Tantalo terra motu concidit. Vide Strab. lib. 1. & 12. Ovid. 6. Metamorphos.

Tunc quum Maeniam virgo Sipylumque colebat.

Hinc Adjectivum,

Sipyleius: ut, Genitrix Sipyleia, Niobe. Stat. 5. Sylv.

Siquando, adverbium temporis, Si aliquando, vel si aliquo tempore: primam productam, & acutam habet. ¶ εἰπε. GAL. Si quelquefois. ITAL. Se qualche volta, se pur una volta. GER. Wan etwas. HISP. Si alguna vez. ANG. If at any time. ¶ Cic. de Amicit. Non erunt ergo homines divitiis affluentes audiendi, siquando de amicitia, quam nec usi nec ratione habent cognitam, disputabunt.

Siquidem, componitur ex si, & quidem: quamvis Si, per se producatur, ibique correpta sit: nec significationem partium habeat ex quibus componitur. Significat enim nam, seu quoniam. ¶ οὐ chi. εἴη. GAL. Sil est ainsi, car. ITAL. Se pur, poi che, certamente. GERM. Dann es dieweil. HISP. Ciertamente. ANG. For, if it be so. ¶ Cicero. Dolab. Gratulor Baiis nostris, siquidem, ut scribis, salubres repete factæ sūt. Vel pro si modo: ut apud Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. Amicam amplexare, siquidem hoc vivet caput. Idem ibidem sc. 7. a. 4. Si tu quidem es Ballio pro Siquidem per Tmesin, id est, si modo. Item Mili. sc. 5. a. 2. Siquidem ea est. ¶ Pro etiamsi. Idem Cure. sc. 3. a. 1. Siquidem mihi regnum detur, nuncquam id potius prosequar. Et Mili. sc. 2. a. 2. Siquidem centies hic via sit, tamen inficias eat. ¶ Ponitur & pro Si certè, dubitative conjunctione. Asinias Cic. Nam & robur, & soboles militum interiit, siquidem quæ nuntiantur vera sunt. Colum. in Praefat. lib. 1. Accedit huc, quod ille, quem nos perfectum esse volumus agricultoram, siquidem artis consummatæ non sit, nec in universa rerum natura sagacitate. Democriti, vel Pythagoræ non fuit consecutus: multum tamen profecerit: si usi Tremellios, Saseñsque, & Stolones nostros exquererit. Terent. Eunuch. Idum saltēm ut concedas solum. PH. Siquidem biduum & non fiant isti viginti dies. Verum in hac significatione duæ divisæ dictiones esse videntur: unde Si producendum est, quum in composita dictione corripiatur. Profertur tamen testimonium ex Ovidio in quo Si, corripi volunt, etiam extra compositionem: id autem est hujusmodi,

Quæ mihi ventura est siquidem est ventura senectus.

Quum desit numeris ipsa juventa suis?

Sic enim legit Laurentius Valla: quum tamen emendatores codices genuinam lectionem hanc esse ostendant,

— Siqua est ventura senectus.

¶ Pro quamvis. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. Siquidem hercle etiam Iovis thesauros promptas.

Siquis, siqua, siquod, vel siquid, compositum à quis: Quod si aliquis. ¶ εἰτις. GAL. Si aucun, si quelqu'un. ITAL. Se alcuno. GERM. So einer oder jemandt roann jenen etwas. HISP. Si alguno, si alguna. ANG. If my one, or if any. ¶ Plin. Epist. 6. lib. 3. Nec vitia, siqua sunt, celant. si quis alius, εἰτις αὐτος, clausula est in primis elegans, qua utimur, quum significare volumus quempiam in re aliqua vehementer excellere, ut Varro totius antiquitatis, si quis alias, peritisimus: id est. Aut Varro peritisimus est antiquitatis, aut nemo. Sueton. in Claudio, Siquidem alium & se liberum esse.

Siraci, corum, Populi sunt Scythici, Caucasi radicibus ad Septentrio- nem proximi; quorum meminit Strab. lib. 11.

Sirbon, onis, sive Sirbonis, dis, σιρβον, και σιρβων, Stephano, Palæstina lacus, non procul à Casio monte olim CL. M. pass. circuitu: Plinius verò ætate in exiguae paludis angustiam contractus. Herodotus Scr. bonitatem vocat. Vide Plin. lib. 1. c. 13. & Strab. lib. 16.

Siræus, a, um, decoctus: ut Siratum vinum, ex musto cocto.

Sirēmps, vox antiqua, & probris obiecta: qua tamen Catonem usum tradit Festus, pro eo quod omnimodam rei alicuius similitudinem refert: quasi similis res ipsa.

SIRĒN, sirēnis, οἱ σιρένες. GAL. Sirene. GER. Ein Mervounder oben auf ein jungfrau / unden auf ein fisch. ¶ Monstri marini genus Poëtarum fabulis celebratum, superiori sui parte virginis formam referens, inferiore in piscis caudam desinens. Has Poëtæ tres fuissent fabulantur Acheloi fluminis & Calliopes Nymphæ filias, quarum nocturna fuerunt, Parthenope, Lysia, & Leucolia. Hæ quum littus Siculum incolerent, nautas præternavigantes suavitate cantus in naufragium pelliciebant. Ulysses autem quum illac sibi iter esset, sociorum au- res cerà obturavit, ne infidiosos Sirenum cantus possent exaudire, seipsum verò malo navis jussit alligari: atque ita periculum turus evasit. Sirenes itaque quum se contemni viderent, impatience doloris se precipitaverunt in mare. Ovid. lib. 5. Metamorphos. tradit has fuissent comites Proserpinæ, eamque raptam diu quæsisse quam quum non invenissent, in marina monstra esse conversas, sursum versum virginea forma, postrema corporis parte pisces: voce, cithara, & tibiis tam blandè canentes, ut cantus dulcedine nautas soparent, sopitos demergerent, demersos etiam devorarent. Serv. in illud Virg. 5. Æneid.

Iamque adeò scopulos Sirenum advecta subibat,

Difficiles quondam, multorumque ossibus albos.

sic ait, Sirenes secundum fabulam partim virgines fuerunt, patim volucres, Acheloi fluminis & Calliopes Musæ filiae, Haruna, una, voce: altera tibiis: alia lyra canebat: & primò juxta Pelorum, post in Capreis insulis habitaverunt, ubi nautas illectos suo canto in naufragia deducebant. Secundum veritatem meretrices fuerunt, quæ quoniam transeuntes perducebant ad cestatem, fuisse sunt inferte eis naufragia. Has Ulysses contemndo deduxit ad mortem. Ovidius,

Monstra mari Sirenes erant, qua voce canora

Quaslibet admissas detinuerat rates.

Hæc Servius. Dictæ autem sunt Sirenes, non δῶρα τῷ συγένει, hoc est à trahendo (ut quidam voluerunt) quum Græci εἰ diphthongo scribant, sed πηγὴ τῷ συγένει, quod inter cetera significat decipere. Aut δῶρα τῷ συγένει, quod catenam, vel vinculum significat: propterea quod advenas incautos amore sui veluti vinculo quodam injecto, retinebant. Fuerunt qui & aves quasdam in India esse tradiderint, Sirenas appellatas, cantu homines mulcentes, ut deinde somno gravatos laccerarent. Vide Plin. lib. 10 cap. 49. ¶ Sunt & Sirenes in fucorum genere, quas in apibus nymphas appellamus: hoc est, fuci imperfecti, quum jam formam capere incipiunt. Idem lib. 11. c. 16. de apibus loquens. Cætera turba, quum formam capere cœpit, nymphæ vocantur: ut fuci sirenæ, atque cephenes. Si quis alterutris capita demat, prius quam pennas habcent, pro gratissimo sunt pabulo matribus. ¶ Sirenæ tunica tenuis & transparens.

Sirēnūs, a, um, adjectiv. σιρηνής: ut, Sirenij scopuli. Gell. lib. 16. c. 8. Tum quoque in illis Dialecticæ gyris, atque meandris, tanquam apud Sirenos scopulos consenserat.

Sirēnūs, σιρηνής, Insulæ tres sunt Lucaniae adjacentes, ex adver- so ejus promontorij, à quo sinus Praestanus initium sumit.

Sires, σιρην, Thracia populi, supra Byzantios, author Steph.

Sirāsis, σιρασ, inflammatio est partium carum, quæ cit- ca cerebrum aut membranas sunt, δῶρα τῷ συγένει, quod est capitum inflammatione laborare. Plin. lib. 10. cap. 10. Ossibus in canino fino inventis, adustio infantum, quæ vocatur sirasis, adalligatis emen- datur. Idem lib. 22. cap. 21. Folia infantium ustulationibus, quod si-

riasis vocant, illira medentur.

Siris, σιρην, fluvius Græciae magnæ, cum oppido ejusdem nominis in- ter hunc fluvium & Acirin sito, è quo deducti à Tarentinis coloni Heraclæam tenuerunt. Vide Strabonem lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 11. ¶ Siris quoque ab Æthiopibus appellatur Nilus, donec infra Metroen alveos suos omnes in unum collegerit. Idem Plin. lib. 5. cap. 9. Insulas ita innumeratas spargit Nilus, quasdamque tam ve- stae magnitudinis, quanquam rapida celeritate, ut tamen dictum quinque cursu non breviore transvoler. Circa clarissimam earum Metroen, Astabores lavo alveo dictus, hoc est, ramus aquæ ve- nientis è tenebris: dextro verò Astabopes, quod latens aquæ ve- nientis adjicit. Nec antè Nilus quam se aquis concordibus rufus junxit. Sic quoque etiamnum Siris, ut antè, nominatur per aliquot millia. Rufus ex Dionys.

Hic quæ se retis incidit flexibus agro,

Æthiopum lingua Siris ruit: utque Syenem

Carabus

*Carulus accedens diti loca flumine inundat,
Nomine se claro Nilum trahit.*

¶ Dicitus autem putatur Siris à Sirio, sidere æstivo, quoniam sub orum Canicula, & introitum Solis in Leonem, quotannis augeatur. Vide Eustath. in Dionys. & Hermolaum in Plinium.
Sirius, *t. i. 24. 3.* Stella est in ore Canis, quæ à Latinis Canicula dicitur. ¶ GERM. Der hundestern. Higinus tamen in tractatu de Signis ejus, Sirium diversum facit à Canicula, neque in ore Canis, sed in capite ejus collocat. Hæc in cæli centro cum Sole conjuncta, æstum ejus duplicat, mortaliūmque corpora nimio calore languida reddit, Dicitus Sirius, ut quidam volunt, δῶν τὸν ἀρπάσειν, hoc est, à siccando, propterea quod & fluvios, & fontes nimio calore exsiccat: vel ut alij, δῶν τὸν ἀργεῖν, hoc est, ab evacuando, quod corpora nostra sudoribus evacuet. Lucan. lib. 20.

— rapidus quæ Sirius ignes Exerit.
Stat. lib. 1. Silv.

— nec calido latravit Sirius astro.
Servius enartans illud Virg. 10. Æneid.

— Non secus ac liquida siquando nocte cometa
Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor;

sic inquit, Sirius stella in ore Canis: quæ quantum in ipsa est, pestifera est sed pro qualitate adjacentium aut vincitur, aut minoribus uritur viribus. Hinc est quod quum tempore certo oriatur, non semper est noxia. Ad hanc stellam Sol mense Julio veniens duplicat æstus, & præ nimio calore languent mortalia corpora. Quin & Solem ipsum quidam Sirium, & astra omnia Siria appellantur, ut annotavit Suid. cuius verba sunt hæc, Στελέχος τὸν κύνα, οὐρὴ δὲ τὸν τύλον, Ιερὸν τὸν τὰ ἄστρα τείχη λιγά. hoc est Sirium Canem, quidam Solem: Ilicus autem omnia astra, Siria appellat. ¶ Est item Sirius, codem Suida teste, amiculi genus prætenue, leviter contextum.

Sirium, σίριον, tenue vestimentum.

Sirites, penult. product οἵτη, Magnæ Græciæ populi, Siridis urbis incolæ, ne ipsis quidem Sybaritis luxu cedentes. Vide Cæl. Rhodig. lib. 7. c. 10.

Sirites, σίριται, Nomadis cuiusdam nomen fuit in Libya, primus auleticæ inventor, qui & Matroa, hoc est, magnæ matris sacra primus tibia fertur cecinisse. Vide Cæl. lib. 9. c. 7.

Sirmion, σίρμιον, urbs est Pannoniae inferiotis, longiusculè à Danubio flumine dissipata. Autot Ptol. lib. 2. cap. 16. Vulgo Sirmach.

Sirnides, σίρνιδες, insulæ aliquot ante Sammonium Cretæ promontorium jacentes. Autor Plin. lib. 4. c. 12.

Sirpe, quod & silpe, sulphur, syrpe. Vide illa.

Sirpæ vehes, quæ virgis, ut inquit Varr. sirpatur, id est, colligando implicatur, in qua sterlus aliudve quid vehitur. Hinc sirpicula diminutione factum vocabulum, quo usus est Lucil.

Tintinnabulum abest hinc sirpiculaque oletorum.

Sirpicula falces, apud Catonem de re rust. quibus sirpabantur & alligabantur dolia veterum, quæ fistilia erant, tum cum erant fracta. Varro lib. 4. de L. L. Sirpiculae falces, vocatae à sirpando, i. ab alligando: sic sirpata dolia quassa, cum alligata dicta. His utuntur in vinea alligando fasces, incisos fustes, faculas, &c.

Sirpices, Vide Irpices.

Sirpo, as are, est colligando implicare, Varr. οἴτη μίθης, Cupas vinarias sirpare noli. Ex Nonio.

Sirpus, idem quod scirpus: quia ad sirpandam habilis: Vide Scirpus.

Sirthæ, σίρχα. Thraciæ oppidum est, apud Theopompum, referente Steph. à quo gentile Sirthæs.

Sirthus, σίρχος. Suidæ, Cuniculus sive fossa subterranea, in qua frumentum quādiutissimè incorruptum asservatur. Vide infra in dictione sirus.

Situs, σίτος, sive Sirthus, duplicato τοιχός. Suid. Spelæa subterranea, condendo servandoque frumento accommodata. Varr. lib. 1. de re rust. c. 57. Item hujus generis granaria alia quædam habent sub terra, ut speluncas, quas vocant siros: ut in Cappadocia, ac Thracia, Russia & Moscovia: alij ut in Hispania citeriore, puteos, ut in agro Carthaginensi & Oscensi. Horum solum paleis subterranei, & curant ne humor, aut aer tangere possit, nisi quum promittur ad usum. Vide in Syrus. Curt. lib. 7. Syros vocabant Barbari: in iis defossis conditæ fruges erant.

Sis, pro si vis, dixere veteres. Ad verba enim imperativa, quia videbantur consumellosa, addebat sis, pro si vis: ut, Fac sis. Vide sis, Plaut. in Amphit. Modò sis yeri huc, invenies infortunium. Idem Pseud. sc. 2. a. 2. Vide sis, ne in quæstione sis. Ibidem. Vide sis, signi quid siet. Ibidem sc. 2. a. 3. Sine sis loqui me. Idem Amphit. sc. 4. a. 4. Tacc sis, meum est quartere. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Cave sis malam rem. Idem Pseud. sc. 2. a. 2. Iube te sis operiri. Idem Curi. sc. 2. a. 2. Mane sis. Ibid. sc. 3. a. 5. Sta sis ilicò. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. fac sis delatum sit frumentum (jubentis.) Sic Mostell. sc. 1. a. 1. Exi è culina, sis foras, mastigia, & Curi. sc. 2. a. 4. fac sis bona frugis sies. Cic. pro Sexto Rosio, Age nunc, refer animum sis ad veritatem. ¶ Intetdum sis, prædit verbum imperandi, ut apud Plaut. in Aul. sc. 1. a. 1. Sis vide ut incedit! Et Milit. sc. 2. a. 2. Illic sis vide quemadmodum astitit.

Sisamus, (quod hic pro Paphlagoniæ urbe corruptè legebatur.) Vide Sisamus.

Sisapo, nis, σίσαπον, oppidum Hispaniæ Bæticæ, miniariis metallis in primis celebre, teste Plin. lib. 3. c. 1. Ab hoc vicina regio Sisaponensis dicitur. Idem lib. 33. cap. 7. Celeberrimum ex Sisaponensis regione Bæticæ minium.

Sisaron, σίσαρον, herba est pastinacæ non dissimilis, quæ Latinæ siser appellatur. Vide paulo post in dictione Siser.

Siscia, σίσκια, Pannoniæ superioris urbs, Romanorum colonia: de qua Ptol. lib. 1. cap. 15. & Plin. lib. 3. c. 2. 5.

Siscia, σίσκια, Dioscoridi, herba est pastinacæ non dissimilis, quæ hodie vulgo Servilla, sive Cherville appellatur. Eius duo sunt genera, sativum & erraticum. Sativum, caulem habet angulosum, folia oblonga, & in extremitatibus incisa, semen latum, & foliaceum, radices candidas, jucundi gustus, esuique gratissimas. Sativum rursus

duo sunt genera, floris colore distincta. Nam quod ex iis majas est, flores habet luteos, minus candidos. Erraticum vero caule est bicubitali, foliis biximallæ, sed majoribus, flore luteo, & umbella anethi, semine lato & rotundo, ut sativum, radice tenui & longa. Plin. lib. 19. cap. 5. Inter medica dicendum siser: quod ipsum Tiberius princeps nobilitavit, flagitans omnibus annis à Germania: Gelbduba appellatur castellum Rheno impositum, ubi generofitas præcipua. Inest longitudine nervus, qui in decoctis extrahitur, amaritudinis tamen magna parte relicta, quæ mulso in tibis temperata, etiam in gratiam vertitur.

Siliambis, uxor fuit Datij, quæ nulli suæ ætatis fræniæ pulchritudine cessit. Quam tamen viro Dario Alexander non solum non violavit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captivo corpori alluderet.

Sison, σίσων, Semen est exiguum, in Syria nascent, apio simile, nigrum, fervens, & oblongum. Vide Diosc. lib. 3.

Sistento. Tacit. ann. lib. 14. Frumentum plebis vetustate corruptum in Tiberim jacit, quod securitatem annonæ sistentarer. Ibi Lipsius: Suspicor antiquis usurpatum sistentare, pro ostentare. Sic & apud Flavum legit. Advenisti huc sistentatum, cum exornatis ossibus.

Sisteriensis. E. Sisteron. in Gallia, sub A. Aquensi.

Sisternon, arca, quasi cisterna. Gl. g. b.

Sisto, is, stiti, supinum, statum. Stare facio, coërceo, represso, retineo.

Istūtālis, e, ad solstitium pertinens. { θερινός. GAL. Solstitial, du solstice. ITAL. Solstiale. GERM. Das zu der Sonnen wölderkehr gehört. HISP. Solsticial. ANG. Belonging to the tyme when the sunne is at the fardest. } ut, Circulus solstitialis, id est, tropicus Cancri. Plin. lib. 2. c. 11. Item quia circa solstitialis circulum habitantium meridie ad Septentrionem umbræ cadant ortu vero ad Occasum. Tempus solstiale, Ovid. 6. Fast. Solstitialis dies. Cicer. i. Tusc. id est, dies anni totius longissimus, quo Sol altissimum in nostro hemisphaerio locum obtinet: dies brumalis anni totius brevissimus. ¶ Solstitialis herba quæ Græcæ dicitur ἡλιόγονος, & ἡλιόγονος, quod τέσσερα, id est, solstitia spectat. Plin. lib. 2. c. 5. Condurdon herba solstitialis, flore rubro, suspensa collo, comprimere, dicitur strumas. Apud Plautum vero, solstitialis herba, à Grammaticis exponitur herba quæ aestate crescit, & propter anni vaporem mox exarescit. Meminit & Ausonius. ¶ Solstitialis morbus apud Plautum, i. febris ardens, sirsialis, qui Solsticio à Sirij Caniculaque ardore & aëstu excitatur. ¶ Solstitialis, pro solari. Livius, Desuntque dies solidi anno, qui solstitiali circumagitur orbe, i. solati. Solinus, Qua solstitiali plaga obvia est, i. solari plaga & meridie.

Solis Fons. ήλιος πηγή. fons est apud Troglohydas aquæ dulcis, circa meridiem maxime frigidus, mox paulatim tepescens: ad medium autem noctis fervore & amaritudine infestatur. Autor. Plin. lib. 2. c. 103. Herod. lib. 4. ejusdem & nominis, & naturæ fontem apud Ammonios collocat: cujus meminit & Plin. quamvis eum non Solis, sed Ammonis fontem appellat. Vide ea quæ suprà annotavimus statim post dictiōnēm Fons.

Solipuga, Vide Solipuga.

Solis gemmæ, quæ ad speciem Solis fulgentes in orbem radios habet, ήλιος γάλαξις. Plin. lib. 37. cap. 10.

Solis insula, ήλιος νησίς. Est in mari Indico semper rubens, & (ut Solinus refert) omni animantium generi inaccessa, quoniā eo ingressos vis circumfusi aëris confestim exanimat. Plin. lib. 6. c. 23. Insula quæ Solis appellatur, & eadem cubile Nymphaeum rubens, in qua nullum animal non absunitur incertis causis.

Solis mensa, Aethiopæ locus, apparatus epulis semper refertus: & quia ut liber (inquit Pomponius) vesci volentibus licet, ήλιος γάλαξις, id est, Solis mensam appellant: & quæ passim apposita sunt, affirmant nasci, subinde divinitus. ¶ Das schlauraffen land. Ad quem locum Severus Imperator, referente Spartiano, quum Alexandriam venisset, rei fama permotus profectus est. Cæl. multæ lectionis vir, lib. 19. antiquarum lectionum, scribit, Solis mensam adagio dici, divitum, opulentorūque hominum domos, omni rerum copia ubertim adfluentes, expositasque inopum necessitatibus & alimentis.

Solis ostia, de quibus Pomponius in descriptione Indiæ, loca sunt obæstum intolerabilem. & aquarum longo traktu penuriam sic dicta, quibus in locis periclitatum Alexandri exercitum, Diodor. lib. 17. scribit.

Solamēn, solaminis, Vide Solor.

Solānum, σπόχυτος, herba est quatuor generum, quorum unum, quod solanum sativum, sive hortense dicitur, σπόχυτος, κανθαρίς, esui aptum est, haud magno frutice, sed alis frequentibus, nigro folio, majore quam ocyti, acinis rotundis, quum maturuerint, nigrantibus, aut rufescensibus: Officinae solatrum vocant, vulgus morellam. De hac herba lege Gesn. lib. 1. de Animal. Alterum halicacabon cognominant, foliis supradicto similibus, sed latioribus, caulinis quum increvere, in terram inclinati. Semen fert in folliculis rotundis ad speciem vesicarum, orbiculatum, rubens, & lave, acinorum vix figura Mauritani alca quengi nominant: rustici in Gallia cocretum. Tertium figuræ genus ὥτωνγκ, hoc est, somniferum dicitur, ab effectu. Est enim naturæ frigidissimæ: ita ut & velocius quam opium necem afferte credatur. Vulgus solatrum marinum vocitat. Quartum solani genus peculiariter dicitur à vi insaniam dignendi μαρτινός: nam drachmæ pondere datur, ut sibi quis placeat, pulcherrimumque existimet: duplicito pondere, vana spectra animo offert: triplicato legitimus perpetuusque subit furor, siquid abjicitur præsentanea mors rapit. Vulgus solatrum mortale nominat. Vide plura de his generibus apud Plin. lib. 27. c. 13.

Solāris, Solarium. vide Sol, & Solum, i.

Solātum, vide Solor.

Soldum, pro solidum, Martial. lib. 1.

Ex insulis fundisque tricies soldum.

Item Horat. lib. 2. Satyr. 5.

Filia Nasica meruentis reddere soldum.

Soldūrī, vox Celtica, arctissimum amicorum genus significans, quos Latinè Devotos dicere possumus: corūmque ejusmodi erat conditio, ut omnibus in vita commodi sumā cum his fuerentur, quorum se amicitia addixissent: & si quid eis per vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut sibi mortem cōsciscerent. Autor Cæs. bell. Gall. lib. 2. Eadem apud Athenæum ex Nicolao Damasceno, qui tamen στόδουρος vocat.

Solēā, Calceamenti genus, quo solæ obteguntur plantæ, ceteris pedis partibus nudis relictis, ansulis tantum quibusdam in superiore

parte coēantibus revinctum, quod solo pedis subjiciatur. { τύπος μάταλης σακενην. GAL. Semelle, espèce de souliers ou pantouffles, qui ne couvrent que la plante du pied, pasins, sandales. ITAL. Suola. GERM. Weit ausgeschnitten schuch / ein gattung schuch so nur ein solen hat und mit einem riemen auss dem ist an fuß gebunden wird, pantofflen. HISP. Alcorque, chapin, ñ chinela suela. ANGL. A kind of shooes that cover only the sole of the foote, also the sole of ashone. } Soleæ, quid? vide apud Gell. cap. 20. lib. 13. Plaut. Mostell. sc. 1. a. 2. Cedo soleas, (ut surgam è triclinio sup.) Item, Soleæ lunatae, Martial. Epigram. 65. lib. 14. Plautus in Trucul. Date jam soleas, atque intro me actutum ducite. ¶ In equis quoque & mulis soleæ dicuntur ferramenta illa, quæ pedibus illorum subjiciuntur. Catul. Ep. 17.

Et supinam animam gravi derelinquere coenos,

Ferream ut soleam tenaci in voragine mula.

Fuerunt etiam soleæ argenteæ. Suet. in Neron. cap. 30. Nunquam carucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis canusinatis mulionibus, &c. ¶ Est etiam solea instrumentum, seu torculum, quo oleum ex olivis exprimitur. Colum. lib. 12. cap. 50. Oleo autem confiendo mole utiliores sunt quam trapetum, quam canalis & solea. ¶ Item solea genus pisces plani à similitudine soleæ. { GAL. Sole. ITAL. Suola. GERM. Ein gattung eines meerfischs/ hat ein gestalt wie ein fuß solen. HISP. El lenguado. } Plin. lib. 11. Rhombi, soleæ, passeræ, habent formam planam. ¶ Solea item dicitur materia roborea, super quam paries craterius extruitur: ut ex Verry sententia annotavit Festus.

Solēātī, solearum futores. { μαρτινοί. GAL. Cordonniers qui font des semelles. ITAL. Scarparo. GERM. Solenschuster/pantofflen machen. HISP. Capateros que hazen suellas. ANGL. Sole makers of sovoers of shooes. } Plaut. in Aul. Solearij astant, astant molochinarij.

Solēātūs, qui soleis induitus est. { μεντορίς. GAL. Qui porte des pantins, ou sandales. ITAL. Solato. GERM. Der weit aufgeschnitten schuch oder pantofflen antreget. HISP. Calçado de alcorques. ANGL. That roaches shoes to cover the soles. } Gell. lib. 13. cap. 20. Cur oleatos dixisset: qui Gallicas, non soleas haberent? Cicero 7. Verr. Stetit soleatus Prætor populi Romani cum pallio purpureo, tunicaque talari muliercula nixus, in littore. Martial. lib. 12.

Etsi iam lotus, iam soleatus erit.

Solemnis. Vide Solemnis.

Solēnēs, σωληνές, genus concharum, quod & onychas & digitos vocamus, itemque donacas & aulos. Solenes, ut arbitror, dicti à canalicula longitudine, σωληνας enim Græci canales appellant.

Solēnītae, σωληναι: dicuntur, qui id genus concharum pescantur. Quo cognomine Philoxenum quendam dictum legimus, quod primū σωληνούς fuisse, deinde Demagogus & postremo tyrannus effetus. Vide Cæl. lib. 13. c. 5.

Solēnnīs, e, quod quotannis fieri solet. { οὐροῦ. GAL. Solennel, ordinare, accostumé. ITAL. Solenne. GERM. Jahrzeitlich, das alle jar geschicht. HISP. Cosa solenne ñ cadañera. ANGL. Solemne, ordinarie, accustomed. } Valer. Max. Majores statas solennēsque ceremonias Pontificum scientia bene gerendatrum rerum autoritate, &c. Virg. 2. Eneid. Solennes taurum ingentem mactabat ad aras.

Horat. 4. Carm. Ode 11.

Qui dies mensam Veneris marina

Findit Aprilē,

Intrae solennis mihi, sanctiorque

Pene natali proprio.

Ovid 5. Faſt.

Solennes ludos circi celebrare Quirites.

Salust. in Catil. Sicut in solennibus sacris fieri consuevit. ¶ Solennia verba (dedicationis) concipere. Senec. cap. 13. de consol. ad Marc. Solennia triumphi. Sueton. in Neron. Soleme nuptiarum. Ibid. cap. 18. Item, Solennes dies. (de natali.) Idem Sueton. in August. c. 53. ¶ Accipitur aliquando solenne pro solito, recepto, & consueto. Idem de Aug. c. 44. Foemini ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solenne olim erat, nisi ex superiori loco spectare concessit. Cic. ad Attic. lib. 7. Tantum igitur nostrum illud solenne servemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus. Senec. cap. 2. de consol. ad Marc. A solennibus officiis seducta. (sub. Octavia.) Ibid. cap. 14. eodem sensu dixit: processit ad solita in publicum officia. Idem ibid. cap. 16. Hoc erit tibi solenne officium. (Aviae in neptem.) Idem ad finem cap. 12. de tranq. Animi, Vbi nullum officium solenne nos citat, inhibendaæ actiones sunt. Et Suet. in Aug. c. 44. Quos promiscue spectari solenne olim erat. Et inf. à cap. 56. Supplicabatque more solenni. Item Liv. lib. 3. ab urb. Statum ac proprie solenne bellum, &c.

Solēnnē, & solennia, iūm, substantivum, Festa quæ singulis annis certo tempore fiunt. { τύπος ματέρας ἀπι έχαγη. ιορτή. GAL. Feste en certain temps, feste solennelle, solennité. ITAL. Solennità, solenne. GERM. Jahrzeit / fasttag so man alle jar begeth. HISP. Solennidad. ANGL. Solemnitie, feastes that cometh everie yeare. } Iuvén. Satyr. 10.

Incolui Troia Priamus venisset ad umbras

Aſſarici magnis solennibus.

Tacit. lib. 12. Et funeris solenne perinde ac divo Augusto celebratur. Idem lib. 11. Cuncta nuptiarum solennia celebrat. Virg. 6. Eneid.

Et statuerit tumulum, & tumulo solennia mittent.

Solennia tristia, Propertius lib. 12. dicit ea Isidis in cuius casto, seu pervigilio matronæ & imputæ quoque foeminae secubabant: aliter non facturæ rem divinam, sine piaculo, id est, puro secubuisse toro, Tibull. lib. 13.

Solennitās, atis, Cærenonia cum quadam majestate. { τύπος ματέρας ἀπι έχαγη. ιορτή. GAL. Solennité. ITAL. Solennità. GER. Ein zeit / oder die festhaltung eines jahrzeitlichen tags. HISP. Solennidad de cada un año. ANGL. Solennitie. } Gell. lib. 1. cap. 24. Per dierum varias Solennitates.

Solennitēr, adverb. { GAL. Solennellement. ITAL. & HISp. Solennemente. GERM.

GER. Nach jährlichem oder gewöhnlichem brauch. ANG. Solemnitas. { Liv. 5. ab Urbe. Ibique omnibus solenniter peractis, eadem revertens. Plinius lib. 9. cap. 1. Ibique se purificantes solenniter aqua circunspergi, atque ita salutato sidere in sylvas reverti, &c. Solennitas, Veteres pro solenniter usurparunt: quod & annotavit Non. citans Lucil. in Aegisth. Solennitasque cum laudet lubens.

SOLITO, es, solitus, Consuevi, pro more habeo, hunc morem habeo. { פָּתַח lummādh īābā, φίλια. GAL. Souloir, avoir de costume. ITAL. Haver per costume. GERM. Gewohnt sein, pflegen. HISP. Acostumbrar. & soler. ANG. To use, to have an accustome or use, to be wont. { Plautus Men. sc. 4. a. 2. Dixit tibi hæc hic solere fieri. (sup. hunc morem habent.) Virgil.

Vnde omnis Troia videri

Et Danaum solita naves & Achaea castra.

Terent. in Andr. Quod vulgus servorum solet, dolis ut me deluderes. Virg. 10. Eclog.

solet esse gravis cantantibus umbra.

Cic. de Amic. Si prius, quod maximè reprehendere solitus sit, edixeris. ¶ Solere cum viro, aut muliere, & remissive consuetudinem habere συμπάτεια. Plaut. in Cistell. — frigidam Subdolè suffundunt: viris cum suis nos solere prædicant. Idem Pseud. sc. 1. a. 3. Neque illud possum, quod illi possunt, solent. Obscenè. Vide infra Solitus. ¶ Apud antiquos legitur præteritum solus, quod & Fessus annotavit, citans locum Cæli ex Annalium lib. 7. Duos & septuaginta lictores domum deportavisse, qui ductoribus hostium ante soluerint ferri. Salust. lib. 1. Hist. Neque subsidiis uti soluerat compositus. ¶ Solet, aliquando impersonaliter ponitur: & cum particula, ut, vel simili, non invenustè longiori orationis contextui interjicitur. οὐδὲ, φίλη. Cic. pro Cluent. Quum quædam in collibus, ut solet, controversia pastorum esset orta. hoc est ut ferè fit. Eundem usum haber ejus compositum, Adsoler. Idem in Lelio. Quum in hortos D. Bruti auguris commutandi causa, ut solet, venissemus non adfueristi.

Solens, tis, participium. Assuetus. { פָּתַח limmūdh. ἡπιζόμενος, εἰωθός. GAL. Ayant de costume. ITAL. Chi a per costume. GERM. Pfleged. HISP. Que tiene costumbre. ANGL. That accustometh, roonteth, or hanhan accustometh. { Plautus in Epid. — ego abscessi solens Paulum ab illis, id est ut solo. Idem in Amph. Si dixero mendacium, solens meo more fecero.

Solitus, a, um, aliud particip. Consuetus. { פָּתַח limmūdh. ἡπιζόμενος. GAL. Qui a accoustumé, accoustumé. ITAL. Solito, usato, assueto. GERM. Geprägt. HISP. Acostumbrado. ANGL. Usante, accustomed. { Cicero. de Orat. Quod optimo cuique Athenis accidere solitum est. Plautus Pseud. sc. 7. a. 4. Tunc cubitare in cunis solitus es puer? ciliacet solitum esse, Et alibi: Etiamne solitus puer: scin' quid loquar? (Obscenè, inquit Passeratius, ut Consuetus, usurpatur.) ¶ Legitur & Solitus pro solus, apud antiquos. Plaut. Amph. Qui soliti inviti cubant.

Solitus, a, um, nomen ex particip. Ovid 6. Metam.

ut solito finem imposuere labori.

Velleius. Ex solito aliquid omittere.

Solito, ablative. { ANGL. More than it was roont. { Qui solis comparatis nominibus aut adverbis jungitur. Liv. 5. bell. Pun. Reate sum ingens visum volitare, sol rubore solito magis, sanguineoque similis. Ovid. 14. Metam.

Ille fugit sed se solito velocius ipse

Currere miratus.

Idem 2. de Arte, Tu neque subjectus, solito neque blandior esto. Vell. Ex solito aliquid omittere.

Solito, as, frequenter soleo. { הָבָה. GAL. Avoir souvent de costume, avoir souvent accoustumé. ITAL. Accostumare molto. GERM. Off pfleget oder gewohnt sein. HISP. Mucho acostumbrar. ANGL. To be often roonted or accustomed. { Gell. lib. 7. c. 1. Scipionem Africanum solitavisse noctis extremo, priusquam dilucularer, in Capitolium ventitare.

SOLERS, tis, omn. gen. Industrius, ingeniosus, acutus, dexter. { פָּתַח חֲרָבָה בְּהָרֹם כִּנְחָמָה שְׁחָקֵדָה. ἀγριός, δίξις, παντεχός. GAL. Ingenieux, caute & fin. ITAL. Solito, diligente, industrioso, ingenioso, sottile. GERM. Klug/gescheid/ schapfslig. HISP. Caute, prudente, y sabio, y industrioso en lo que haze. ANGL. Wise, roontie, quick in doing, diligent. { Terentius Eunuch. — fac periculum in litteris, Fac in palæstra, in musis, quæ liberum Scire æquum est adolescentem, solitem dabo. Cicer. pro Rose. Com. Iam quò quisque est solertior, & ingeniosior, hoc docet iracundiūs & laboriosius. Gell. cap. 16. lib. 17. Solers medicina rei. Ovid. 13. Metamorph. Solertior isto & sibi inutilior. Colum. lib. 8. c. 13. de ansere, Solertiorem custodiām præbet quam canis. Virg. 4. Georg.

Quem mihi vix frugum & pecudum custodia solers.

Omnia tentanti extulerat.

Cicer. de senect. Nec conditiones modò delectant, sed etiam insitio-nes, quibus nihil invenit agricultura solertius.

Solertissimus, superlat. Senec. Epist. 118. Transcurramus solertissimas nugas.

Solertia, æ, Ingenij acumen, & dexteritas ad rem aliquam agendum, industria, malitia. { פָּתַח כְּחָמָה שְׁחָקֵדָה. ἀκρίβεια, δρι-ת. GAL. Ingéniosité d'esprit, industrie, adresse. ITAL. Ingegno, diligen-tia. GERM. Klugheit/schärfsligkeite/ geschwindigkeit/ des verstands. HISP. Tal solertia, diligencia, industria, vigilancia, astucia. ANGL. Witiness, quickness of roont, craftiness in practising. { Cic. in Carone, Tum eum dixisse, mirari se non modò diligentiam, sed etiam solertia ejus à quo essent illa dimensa, atque descripta. Idem lib. 1. Offic. Itaque eorum fines, sicut ipsi dixerant, terminavit, & in medio relictum quod erat, populo Rom. adjudicavit. Decipere hoc quidem est, non judicare. Quocirca in omni re fugienda est talis solertia. Claudian. lib. 3. de rapta Proserpina,

reputamque remotas

Ingeniosa vias paulatim explorat egestas,

Vique artes parias solertia, nurritus usus. Solertè adverbium, ingeniosè, perspicaciter & subtiliter. { פָּתַח. GAL. Subtilement & ingenieulement. ITAL. Sottilmente, ingeniosamente. GERM. Gescheidlich/schärfsliglich/schärfsliglich. HISP. Prudentia y diligentemente. ANGL. Craftelie, quickelie, roottelie. { Cic. 1. de legi. Artes verò innumerabiles reparet sunt docente natura: quam imita-ta ratio, res ad vitam necessarias solerter consequuta est. Idem 6. Verr. Tu illius artis temperationem, tu operum lineamenta solerter, simè perspicis? Ovid. lib. 11. Metam.

— Non illo iussos solertiū alter

Exprimit incessus, vultumque sonumque loquendi.

Soliar, quo solium, tegitur: ut aular, quo aula; tota, quo torus. SOLICITUDO, inis, Cura, anxietas, & mentis inquietudo. { פָּתַח דְּבָרָה כְּחָרָבָה. מְכֻנָּה, אֲגָבָה. GAL. Solicitude, soin & cha-grin. ITAL. Solicitudine, affanno. GERM. Sorgfältigkeit/entzürgkeit des gemüts und der gedachten. HISP. Cuidado, congoza. ANGL. Care, care-pen, svenesse. { Terent. in Andr. Quantas hic confecit solicitudines. Cicero 4. Tusc. Solicitudo, est ægritudo cum cogitatione. Idem 1. de finib. Falsque ipsas Solicitudines, quibus eorum animi noctes, diésque exeduntur, à diis immortalibus supplicij causa impotari putant. Idem ad Attic. lib. 6. Solicitudine provinciæ tamen vel maximè urgemur. Quintil. Curam verborum: rerum volo esse soli-citudinem.

Solictus, a, um, Inquietus, anxius, & curis affectus. { פָּתַח כְּחָרָבָה טְבָלָה. מְכֻנָּה, אֲגָבָה. GAL. Qui est en souci & chagrin. ITAL. Sollicito. GERM. Sorgfältig/entzürg von sorgen. HISP. Cuidados con congoza. ANGL. Carefull, pensive. { Cicer. Calio, Mirifice sum soli-citus quidnam de provinciis decernatur. Sollicitus ex aliqua re, in eadem significatione dicimus qua Sollicitus propter rem aliquam. Terent. in And. Laborat è dolore, atque ex hoc misera sollicita esse se deserat. Cic. 2. de fin. Num igitur cum postea censes anxi animo aut sollicito fuisse? Sollicitus de realiqa. Idem ad Dolabellam lib. 9. Te tamen hoc scire volo, vehementer populum sollicitum fuisse de P. Sylla morte, antequam certum scierit. Idem ad Tironem. Quia ze-tum pater & filius Butroti solliciti eramus de tua valeridine mirum in modum. ¶ Sollicitam lucem rapere alicui. (i. vitam.) Vol. Catull. de Coma Beren.

Vt tibi tunc toto pectori sollicita?

Sensibus erectis mens excidit?

Sollicitus In. Quint. lib. 8. c. 3. Nec sum in hoc sollicitus, cum res ipsa volentibus discere appareat. Sollicitus vicem. Liv. 8. bell. Pun. Com-memoravit quantum essem periculi aditurus, si in Africam trajecrem: ut meam quoque, non solum Reip. & exercitus vicem videtur sollicitus. ¶ Interdum activè accipitur pro eo quod sollicitu-nem & curam affert. φορλιγ. Virg. 10. Eclog.

Incipe, sollicitos Galli dicamus amores.

Sollicitè, adverb. Anxiè, cum cura & sollicitudine. { פָּתַח דְּבָרָה, מְכֻנָּה. GAL. Soigneusement. ITAL. Sollecitamente. GERM. Sorgfäl-tich. HISP. Cuidadosamente. ANGL. Carefull, pensive. { Ovid. 4. de Ponto, Eleg. 16.

vestri non immemor unquam,

Qui mala sollicitè nostra levatis. ero.

Sollicitus, adverb. Compar. magis sollicitè. in Epitome Sext. Aurelii Vict. in Theodosium, Annonæ curam sollicitiū attendere.

Sollicitissimè, superl. Senec. Epist. 9. 4. Minimum est de quo sollicitissime agitur. Sic etiam Suet. in Claud. c. 18. Vrbis annonæque curam sollicitissimè semper egit, &c.

Sollicitior, comparat. Magis sollicitus. φορλιγ. GAL. Plus sâ-gneux. ITAL. Più sollecito. GERM. Mehr sorgfältig. HISP. Mas cuidado con congoza. ANGL. More pensivo. { Senec. de benefic. lib. 3. Muko tardiores futuros ad accipienda beneficia, si periculum causæ di-cenda adituri erunt, & innocentiam sollicitiore habituri loco. Plan-cus Cicero. lib. 10. Sollicitorem certè hominem non suis contactis, neminem puto fuisse.

Sollicitas. Inquieto, curam injicio, seu contristo. { פָּתַח בְּשָׁסֶת, מְכֻנָּה הַכְּחָרָבָה. GAL. Solliciter, & presser de faire, pourchasser, fascher en poursuivant. ITAL. Attristare, affannare, sollecitare. GERM. Sorgfäl-tig machen/mith sorgen beladen. HISP. Poner cuidado congozo/o, arrancar. ANGL. To desquiet, to trouble, to mak carefull, to prouok, & lie instantly upon one. { Terent. in Andr. Cur meam senectutem sollicito hujus amentia? Plin. Epist. lib. 9. Nulla spe, nullo timore sollicitus, nullis rumoribus inquietor. Plautus Aulul. sc. 1. a. 1. Visum sitne aurum ita ut condidi, quod me sollicitat plurimis miserum modis. Ibid. sc. 6. a. 4. id quod tuum sollicitat animum feci. ¶ Sollicitare pacem. (i. tur-barare.) Liv. 1. ab Vrb. ¶ Aliquando, Insto, aut spem, metumve ostendendo allicio. { פָּתַח בְּשָׁסֶת טְבָלָה schakádh חַסְטָר hesith. HISP. ANGL. To prouoke or intise to do a thing. { ut, Sollicitare pacem. mulieris, hoc est, attentare, & conati labefactare. Gell. 1. 12. lib. 1. 5. Si ulla, inquit, meretrix domum meam introivit, aut cujusquam servulus propter me sollicitatus est. ¶ Sollicitare aliquem maritum: Sueton. in Galba, cap. 5. Remansit in cœlibatu, neque sollicitati ulla conditione amplius potuit, ne Agrippinæ quidem viduatæ morte Domitij, quæ maritum quoque adhuc necdum cœlibem Galbam adeò omnibus sollicitaverat modis. Sollicitare animos militum, est ad seditionem, defectionem, proditionemve conari compellere. diuersariæ. Curt. lib. 2. Verum enim vero quum modò milites meos literis ad proditionem, modò amicos ad perniciem pecunia sollicitet, ad internectionem mihi persecundus est, non ut injustus hostis, sed ut percussor, veneficus. ¶ Dictum sollicitare, quasi solo citare, id est, suo loco mouere: propriè enim significat terram vertere: ideoque unico l. scribendum videtur. In carmine tamen as-sumit alterum, quia alioqui tot concurrentibus brevibus syllabis, carmen ingredi non posset. Tibull.

Et teneram ferro sollicitavit humum.

Virg. 2. Georg. Sollicitanda tamen tellui, pulvisque movendus;

Ovid. 4. Fast.

Quas (herbas) tellus nullo sollicitante dabat.

Sed quia solum etiam de mari dicitur, ponitur quandoque pro navigare, & mare vertere. Claud. in Praefat. lib. 1. de rap. Proserp.

Etrusibus remus sollicitavit aquas.

Solicitare forem, pro eo quod est aperire januam. Ovid. 3. Amor.

Eleg. 1.

Per me decepto didicis custode Corinna

Liminius ad stricti sollicitare forem.

Sollicitatio, Contristatio. {בְּחַזֵּקָה בְּתַסְבִּיבָה. GAL. Solicitation & poursuite, soigneuse poursuite, souci. ITAL. Solitudine, procaccio. GERM. Beunruhigung, bemühung. HISP. Cuidado congoxoso, obra de poner en cuidado congoxoso. ANGL. A soli iting or intsing to do a thing.} Terent. in Andr. Tot me impedit curæ, quæ meum animum diverse trahunt, Amor, misericordia hujus, nuptiarum solicitatio.

Sumitur & pro tentatione & incitatione ad aliquam rem. {מְנֻסָּה מְפַתֵּחַ מַסְתִּיחַ. GAL. Cicer. in Catil. Iam vero illa Allobrogum solicitatio, à Lentulo ceterisque domesticis hostibus, tanta res, tam dementer credita & ignotis, & barbaris, &c.

Sollicitör, is, verbale, Tentator, incitator, impulsor. {מְנֻסָּה מְפַתֵּחַ מַסְתִּיחַ. GAL. Soliciteur, solicitateur.

ITAL. Sollicitatore. GERM. Ein anstrenger / der ein versuchstuck thut ob es gerachten wölle. HISP. Que pone en cuidado congoxoso. ANGL.

An miser to do any thing.} ut, Solicitor alieni lecti, hoc est, qui

pudicitiam matronæ conatur labefactare. Paul. de extraord. crimin.

Solicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores. Sen. contr. 2. c. 7. sollicitator uxoris alienæ.

Solidion, stipendum. Lg. b.

SOLIDVS, a, um, propriè de eo dicitur quod habet tres dimensiones,

longitudinis, latitudinis, & profunditatis. {מְשֹׁרֶךְ קָשְׁכֵה פִּין כְּחַזָּקָה. GAL. Solide, ferme, massif. ITAL. Saldo, fermo. GERM.

Ein iedes das sein länge / breite / und dicke hat. HISP. Firms, fortalecido. ANGL. Sound, rooll, massie.} Linea enim sola longitudine

contenta est: superficies, præter longitudinem haber & latitudinem: quibus si profunditas accesserit, tum demum solidum quidam intelligimus. Cicer. 1. de natura deorum, Duæ formæ præstantes sunt, ex solidis globus, ex planis circulus aut orbis. Accipitur aliquando solidum pro integrō, quod neque concavum est, neque ex partibus compositum, sed quod ex uno, eoque jugi constat corpore. Sic columnas dicimus esse ex solido marmore, non quæ marmoris testæ sunt crustis, sed quæ ex uno confectæ sunt lapide. Virg. 6. Aeneid.

Tum Phabo & Trivia solidi de marmore templo Instituam.

Ibidem,

— solidoque adamante columnæ.

Idem 3. Georg.

In foribus pugnam ex auro, solidoque elephante

Gangaridum faciam.

id est, ex integro ebore, non seculi, inquit Serv. Cic. 1. de divin.

Annibalem Cælius scribit, quum columbam auream, quæ esset in fano

Iunonis Luciniae, auferre vellet, dubitateturque utrum ea solida esset,

an extrinsecus deaurata, perterebravisse. Transfertur & ad alia ac-

cepiturque pro toto, sive perfecto, quod scilicet omnibus suis parti-

bus constat, cuique nihil est detractum. {מְנֻסָּה מְמַמָּה tamim. אֲלֹמָנָה, אֲלֹמָנָה.} Sic solidam hæreditatem accepisse dicimus

eum, qui ex asse institutus est hæres. Solidus annus, id est, integer,

& non interruptus. Plaut. Decem annos solidos erravit puer. Sic

solidus dies dicitur apud Senec. epist. 84. Item, totus, Idem ibidem.

Solidum beneficium, id est, plenum, & ad cuius perfectionem

nihil desideratur. Ter. Eunuch. Ut solidum patrem hoc mihi bene-

ficium. Solida lætitia, Solida felicitas, hoc est, nulla ægritudine aut

infortunio contaminata. Plin. lib. 7. c. 44. Nulla est profecto solida fe-

licitas quam contumelia ulla vitæ rumpit, nedum tanta. Plaut. Cure.

st. 1. a. 3. Inibis à me solidam & grandem gratiam. Item, Nostra glo-

ria cum sit ex solido. (i. vera, non futilis, non inanis.) Sic idem

Plaut. Cure. sc. 1. a. 3. dixit: Solidam auream statuam dare faciun-

dam, &c. Solidam. Plin. lib. 4. cap. 33. nulla inanitate dixit, de sta-

tua aurea. Terent. in Andr. — nonne tibi satis esse hoc vilum soli-

dum est gaudium, Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produc-

tes; Vbi Donatus, Solidum, plenum, idoneum, integrum. In solidum

aliquid promittere dicuntur plures debitores, fidejussorēs, &

quorum unusquisque se rei totius debitorem, fidejussorēmve consti-

tuit: quod locutionis genus frequens est apud Iurisconsultos. Fossa

fit ad solidum, Ovid. 4. Fast.

Solidus, substantivum, quo Romani utebantur pro genere quodam nu-

mi aurei, ita dicti, quod justo pondere erat percussus, non dimidia-

to, aut trientali, quemadmodum semilles, & tremilles. Lamprid.

in Alexandr. Vestigalia publica in id contraxit, ut qui decem au-

reos sub Heljogabalo præstiterant tertiam partem aurei præstarent,

tuncque primum semilles aureorum formati sunt, tum etiam quæ

ad tertiam partem aurei vestigal decidisset, tremilles, dicente Ale-

xandro, etiam quartarios futuros. Sed quum non potuisset per pu-

licas necessitates, conflari eos jussit, & tremilles tantum, solidos

que formari. Ex his verbis Lampridiū facilè intelligimus, solidos

primum dictos esse aureos numeros cuiusdam, siue ponderis, quasi

integros, Bud.

Solidē, adverb. Integrè, omnibus modis. {אֲלֹמָנָה. GAL. Solidement, entie-

ment. ITAL. Solidamente, interamente. GERM. Gänlich/ eigentlich

HISP. Firme y enteramente. ANGL. Soundly, massily.} Terent. Andr.

Nam hunc scio mea solidē solūm gavisurum gaudia. Plaut. Trinum.

Hic homo solidē sycophanta est.

Soliditas, atis, Firmitas, stabilitas. {מְנֻסָּה קָשְׁכֵה יְהֻנָּה כְּחַזָּקָה. GAL. Solidité, massiveté.

ITAL. Saldezza, saldamente. GERM. Harte/ steife/ oder gänze. HISP.

Calepini Pars II.

Firmezza. ANGL. Soundesse, massiness. {Cicero de natura deorum. Ut manu doceat, tam esse vim & naturam deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum. Idem de Univers. Sed quum soliditas mundo queretur, solida autem omnia uno medio, nunquam duobus, semper copulentur, &c.

Solidipēs, solidipedis, om. gen. quod solidos habet pedes, non bifurcatos. {שְׂפִיטָה. GAL. Qui a les pieds pleins, sans fourches. ITAL. Di piedi soli non bifurcati. GERM. Das ganz füß hat wie ein ross. HISP. Animal de uñas macizas. ANGL. Sure footed. {Plin. lib. 10. Contra naturam solidipedum, aut bisulcorum supra cuncta est murium foetus.

Solido, as, Solidum & firmum reddo, stabilio, fulcio. {קִים הַקְּרָבָה hijām. στεγώ. GAL. Affermir, faire solide. ITAL. Soldare, affermare, far duro. GERM. Besetzen/hart oder steif machen. HISP. Fortalecer, fundar, ANGL. To make sound, roholl or massit. Virg. 1. Georg.

Area tum primū ingenti est equanda cylindro,

Et vertenda manu, & creta solidanda tenaci.

Gell. cap. 3. lib. 1. Solidatur lacuna (id est, repletur,) Nonnunquam quod ruptum, fractumve erat, conglutino. συμπλάκω. Plin. lib. 2. c. 1. 6. Boum nervos abscissos vomere, solidari ea, rursusque jungi, addita axungia, affirmans.

Solidisco, cis, Consolidor, conglutinor, coēo, solidus sic. {רְכַבְּדָה ak. συμπλάκω, συρραγεῖν. GAL. Se consolider & reprendre. ITAL. Saldarsi. GERM. Ganz werden. HISP. Hacerse firme, fortalecerse. ANGL. To make sound and roholl, to close in a round doorth. {Plin. lib. 11. c. 37. Vesica membrana constat, vulnerata cicatrice non solidescit.

Soliderrēum, genus teli: appellatum, quasi totum ferreum. Tractum ex Cſcorum lingua, teste Festo, qui solon dicebant, quod nos totum. Gellio c. 2. 3. lib. 10. soliferrea dicitur. {GAL. Armure toute de fer. ITAL. Arma tutta di ferro. GERM. Ein gattung eines ganzen eisinen pfeils. HISP. Arma de hierro maciza. ANGL. A weapon all of iron. {Livius 4. bell. Maced. Ut emiſſis soliferreis falaricisque gladios stirxerunt, tum velut redintegrata est pugna.

Solifugā, genus formicæ venenata, à fugiendo sole dicta. Plin. lib. 12. c. 2. 5. Et leguminibus innascuntur bestiolæ venenata, quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, solifugarum generis. Idem lib. 2. 9. cap. 4. Est formicarum genus venenatum: non cas novere in Italia. Solifugas Cicer. appellat, saltugas Bætica. Fest. Solipungam vocat: indeque nomen solitum existimat, quod fiat actius concitatiisque fervore Solis. A Lucano dicitur Solpuga, lib. 9.

Quis calcare tuas metuat solpuga lacebras?

alias Salpuga. Laurenbergius.

Solioquus μηρολόγος. Onom. is qui solus secum loquitur, vox facta ex analogia ad Latinam, ut ibid.

Solioquum, μηρολογία.

Solino, consul. Fest. Ibi Sealig. consulio: ut iter itiner, fruiscor fruiscor.

Solipuga, genus bestiolæ maleficæ, quod acrius concitatiisque fit ferore solis: unde etiam nomen traxit. Fest. Vide supra, Soli, ugæ.

Solistimum, tripodium dicebatur, quum auspicio, eſca ex ore pulli decidens, solum paviebat, hoc est, terram feriebat: unde & Tripodium dictum quasi terræ pavium. Solistimum autem à solo dictum est, sicut à medio mediaſtinum. Vide latius infrā in dictione, Tripodium.

Solitanæ cochlear, ab Africæ loco dictæ, quibus Plin. lib. 30. c. 6. principiat tribuit. Laudatissimæ (inquit) sunt cochlear Africanae, ex his Solitanæ. Varr. lib. 3. cap. 14. Nam & valde amplæ sunt quædam ex Africa cochlear, quæ vocantur Solitanæ, ita ut earum calyces quadrantes octoginta capere possint.

Solitariū, vide Soīm.

Solitaurīla, orum, neut, gen. plural. numeti, Solemnia apud Romanos sacrificia erant diversi generis, tauri, arietis, & verris, quibus Censores quinto quoque anno urbem lustrabant, teste Asconio. Dicta Solitaurilia, ut placet Festo, ab integris genitalibus hostiarum, quæ immolabantur. Sollum enim Osci integrum dicebant, taurum autem etiam Græci eam pudendorum partem, quæ eximitur in cæstratura. Liv. 8. ab Urbe, Si potiatur, Marti Solitaurilibus piaculum fieri. Per simplex I scribitur Solitaurilia ex antiqua consuetudine, quia tunc nulla geminabatur litera in scribendo. Fest. ibid.

Solito, solitas, vide Solio.

Solitudo, Solivagus, vide Silus.

Solium. ij. Sella regia, in qua Reges jus dicentes sedebant. {כְּסֵדֶה. GAL. Siege royal, trône. ITAL. Cadrega, sedia, solio. GERM. Ein kostlicherstul. HISP. La silla propria de los reyes. ANGL. A royal seat, a throne.} Dictum solium (ut quidam volunt) quasi solidum, proterea quod olim Reges in thronis ligneis, & quibusdam quasi armatis ob corporis sui tutelam sedebant. Alij inde dictum malunt, quod soli in eo Reges sedent. Asper κατ' ἀριστήν appellatum putat, quasi sedium: quemadmodum & sella dicta est, quasi sedda.

Virg. Prefatus divos, solio Rex infit ab alto.

Quandoque pro vase saligno, vel abiegno ponitur, quo utimur ad vinum, plurimisque liquores transferendos, & ad pannos lineos cum lixivio calido, & cinere emaculandos. Est & solum vas, quo in balneis utebantur, & in quo sedentes lavabantur. Cels. Interpositis duabus horis, in solium his aquæ calidæ resipinus demittendus est, sic ut à genibus ad umbilicum aqua pertingat. Martial.

Non vix in solio prius lavari.

Sueton. in August. At quoties nervorum causa, matinis, albulis que calidis utendum esset, contentus hoc erat, ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo duretam vocabat, manus ac pedes alternis jactaret. Nonnunquam etiam solium dicitur loculamentum sepulcrale in quod conduntur defuncti. Plin. lib. 35. Quin & defunctos sese multi fictilibus solii condit maluere. Curt. lib. 19. Se timus dies erat ex quo corpus Regis jacebat in solio.

P. Sola,

Solo, as, Vide *Solus*.

Sōlōē, numero plurali more Græcorum, & sicut Diōscūrē, pro Diōscūrī. Cītās est Cīlīcīz ab Achīvīs & Rhōdīis ædificāta, postea Pompeiopolis appellata à Pompeio, qui piratas in eam transtulit, quos dignos existimavit ut servarentur. Laētīus in vita Solonī autōr est, urbem hanc à Solone Salamino conditam fuisse, & ab eo nomen accepisse: ut latius docebimus in dictione Solēcīsmus. Ex hac urbe ortum traxerunt viri memorati digni, Chryssipus Stoīcus, Philāmon Comicus, & Aratus, qui de astris carminibus scripsit. ¶ Sunt & Solēcīs, sive Soli in Cypro insula, metallorum provenienti nobilitati: quorum meminit Galenus lib. 9. simpl.

Solēcīsmus, σολεκισμός, Solorum habitator. Item ille Solorum incola, qui Atticus ortu, inter Solenses vivens, decus suae linguae corrupit.

Solēcīsmus, σολεκισμός, est impar, & inconveniens compositura partium orationis: à nostris imparilis, à veteriis tribus Latinis stri-bilio dicebatur, quasi strobilio, hoc est, versura & pravitas tor-tuosa orationis. Siquidem σπόσις, torqueo, ac depravo significat. Vide Gellum cap. 20. lib. 5. unde hic locus desumptus est, & apud quem scriptum est, tanquam strobilio, non strobilio, ut hic legitur. Ait tamen loco citato, Solēcīsmus vocari à Græcis: at apud antiquos Latinos Solēcīsmi & Barbarīsmi vocabulum non reperiri. Iuvén. Satyr. 6.

— Solēcīsmum liceat fecisse marito.

Martial. in Calliodorum,

Vnus quum sis, duo, Calliodore sedetis:

Surge, solēcīsmum, Calliodore, facit.

Dictus solēcīsmus, ut in vita Solonis annotavit Laētīus, à colonis quibusdam Atheniensibus, quos Solon Salaminus in Solos Cīlīcīz urbem transtulit: qui quum non multo interfecto tempore, patrii sermonis ritorem corrupserint, & parum convenienti partium struc-tura uti coepissent, factum est, ut qui in ea parte peccarent, σολοκι-ζεῖν, dicerentur. Vide infra, in verbo *Solon*. ¶ Per translationem tamen latius solēcīsmi nomen accipitur, ut quicquid perperam fiat, nec recte, nec ordine peragatur, solēcīsmum vocemus.

Solēcōphāns, σολεκόφανης, quicquid speciem habet solēcīsmi, qui ratione aliqua potest excusari: ut quum genus superioris jungitur inferiori diversi generis, ut Eunuchus Terentiana, respiciendo ad genus superioris, Comœdia.

Sōlōn, σόλων, fuit unus ex septem sapientibus Græciae, patria Salaminius, qui (teste Gell. lib. 17. c. 21.) Athenis claruit, Tarquinio Prisco Romæ regnante. Hic Atheniensibus leges dedit, tanto temperamento compositas, ut patrem gratiam à Senatu & plebe contraheret, quanquam plebs & Senatus in summa prius essent dissensione. Draconis autem leges (iis exceptis, quæ in homicidas penas statuebant) quod justo atrociores viderentur, omnes abrogavit. Illis enim in omnia scelera æqualis pena statuta erat, adeo ut etiam iij, qui otii damnae essent, aut qui olera surripuerint, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non attamen-to, sed sanguine leges scripsisse. Plaut. Asin. sc. 2. a. 3. videlicet Solon est, leges ut conscribat. Florebat tunc in Republica Philistratus amulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquē-tia plus potuit apud populum, quam hujus sapientia. Cessit sponte Solon tirannum fugiens, primū in Ægyptum, deinde in Cyprum, postremò ad Cræsum regem: cuius quum opes videret, ostentanti Cræso, atque interroganti num quis se felicit̄ esset, respondit, Telli-um quendam pauperē admodum, alioqui justum, Athenis agentem: qui in suo prædiolo solitarius consenserat: simul affirmans nihil esse felix quod temporum mutationi subjaceat: felicitatem tantum finem indicare. Cujus sententia Cræsus, postea à Cyro captus meminisse dicitur. Solon inde in Cīlīcīz profectus, civitatem à suo nomine Solos dixit, in qua Athenienses colonos statuit, qui intervallo temporis ab Attica lingua descendentes, Solēcīsmare dicti sunt: unde verbum Solēcīsmi tractum. Decessit in Cipro annorum LXXX. mandavitque ossa Salaminem transferri, ibique per regionem projici ac dissipari, ne Athenas inferreretur, quoniam discedens jureju-rando cives adegerat, non antiquaturos leges suas donec rediret. Reliquit, etiam conciones & epistolas quasdam. Epigramma sepulcro ejus inscriptum, Cicero in hanc sententiam commemorat Tusc. quæst. lib. 1.

Mors mea ne careat fletu: linquamus amicis

Mærom, ut celebrent funera cum lacrymis.

Ex Plutarch. & Diogen. Laētī.

Sōlōphytūs, σολόφυτος. Regius ex Scytharum genere juvenis fuit, qui unā cum Ilino fratre per optimatum factionem domo pulsus, ingentem juventutem secum traxit, & in Cappadociæ ora ad Thermodoontem amnem consedit: subactisque Themiscyris, unā cum fratre regnum occupavit. Verum quum ex vicinis populis perpetuò prædas ageret, tandem illorum conspiratione per insidias unā cum fratre trucidatur. Horum uxores quum exilio orbitatem quoque adiunctam viderent, arma capessunt, finisque suos, submoventes primū, mox etiam inferentes bella, quam latissimè propagant: viñi-que omnibus interfictis, finitimorum concubitus admittunt: mares natos trucidant, virgines non lanifilio & colu, sed equis venationibꝫque exercent, dextris mammillis, ne sagittarum jactus impediatur, inustis. Vnde & Amazones dicta sunt, quasi sine mammis.

Sōlōr, aris, verbum est commune, Consolationem do, vel consolationem accipio, consolor. { σόλων nichil. μνηγευθεία, μνηγεψία. GAL. Consoler, conforter, se consoler. ITAL. Consolare, consolarsi. GERM. Trösten oder getrostet werden. HISP. Consolar, o consolarse. ANGL. To comfort. } Solari propriè est ægritudinem mulcere ejus, qui solitudinem suam conqueritur, Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Non qui soletur.... adest.

Idem Eleg. 7. lib. 1. Trist.

Vi neque respiceres nec solarere jacentem.

Cicer. in Vacin. C. Antonius hac una re miseriam suam solatur. Virg. 5. Aeneid.

Quos bonus, Aeneas dictis solatur a miseria.

Ovid. 2.

Hinc pater, hinc conjux lacrymas solantur, & orant, Indicet, &c.

¶ Solari labore, vel famem, idem est quod sublevare. Virg. 1. Georg. Interea longum canu solata labore, Arguto conjux percurrit peccine telas.

Ibidem.

Concussaque famem in silvis solabere querue.

Idem 10. Aeneid.

— Om̄estum Musa solatur amorem.

Sic dixit, Solari astum Horatius Ode 5. lib. 2. ¶ Hinc sic compo-tum Consolor: item verbalia Solator, Solamen, & Solarium: quo-nam significata vide in seq.

Solandus, σολανδός. Ovid. 5. Trist. Eleg. 5.

— qua consolatus amicam

Sis ope, solandus quum simul ipse fores.

Solātūm, Consolatio, miseriæ mitigatio. { σόλων νόχια, vel nichil

— δόνα nechamāh. μνηγεψία. GAL. Soulagement, consolation, confor-

ITAL. Consolatione, piacere, solazzo. GERM. Ein trost. Hisp. Solaz, consolacion de obras. ANG. Comfort, solace. } Quint. in Paraleto palmaro, C

tatis miseriæ solatium est, habere rem videntium. Cic. Mario la.

Vacare culpa magnum est solatium. Virg. 9. Eclog.

— heu tua nobis

Penè simul tecum solatia rapta Menalca.

Quint. in Proæm. lib. 6. Credendūque doctissimis hominibus, qu

unicum adversorum solatium literas putaverunt. Ovid. 8. Metam.

— sed vincite fratres,

Dummido, qua dedero vobis solatia, vosque

Ipse sequar.

Senec. c. 13. de cansol. ad Marc. Solatia simul & auxilia perdere, /de liberis amissis.) ¶ Solatium aliquando accipitur pro mercede, lib. 13. §. 1. D. commun. prædior. Nisi talis consuetudo in illis lapidinis constat, ut si quis voluerit ex his cedere, non alter hoc faciat, nisi prius solitum solatium pro hoc domino præster. Alcitus tamen hīc legit Solatium. Sed non convenit, præsentim cum solatium pro mercede in locis multis aliis reperiatur. Vide Lexicon Hotomani.

Solatīolum, i, diminutivum. { συμηρεμάτων. μνηγεψία. GAL. Petit solas, petit confort. ITAL. Piciol solazzo. GERM. Ein geringer oder schlechter trost. Hisp. Pequeño solaz. ANGL. Little or small confort. Catull. ad passerem Lesbia Epig. 2.

— vt solatīolum sui doloris.

Solāmēn, inis, Solatium. { σόλων νόχια, vel nichil — δόνα nechamāh. μνηγεψία. GAL. Solas. ITAL. Solazzo. GERM. Ein trost. Hisp. Solaz. ANGL. Solace, confort. } Cicer. in Lal. Et si illis plane obitu essem, magnum tamen afferret mihi ætas ipsa solamen. Virg. 3. Aeneid.

Solamēnque mali de collo fistula pender.

Solatōr, verbale, qui solatur: ut, Solator lugentum, apud Stat. 5. Sylv.

Sōlōx, (inquit Fest.) est lana crassa, & petus, quod passim pascitur non tectum. Titinnius Barathro, Lana soloci ad purpuram data. Lucil. Montano hirto, atque soloce. Hæc Festus, sed succinctius, quam ut à quovis possint intelligi. Fient autem notiora, si sciamus, duo veteribus in usu fuisse ovilis pecoris genera: quod vulgatissimum erat & robustissimum, à velleris hirsutie hirtum dicebatur; alterum à lanæ mollietate molle nominabant, hirto pecore multò infirmius, sed velleris nobilitate longè præstantius. Vnde & pellibus quibusdam tectum pasci solebat, ne aut spinis adhærescens lana minueretur, aut luto folidaretur. Hoc genus è magna Græcia, & præcipit è Tarento peti solet: unde & Græcum pecus, & Tarentinum foli appellari: nonnunquam etiam ex agro Gallico, quod Altinum vocabant. Ex hisce igitur satis constat quid Solocis nomine intellexerit Festus, nimurum vulgatum illud pecudis genus, quod ab hirsutiore vellere hirtum appellat Columella. Id enim nullis pellibus tectum pascebatur, cujus etiam lanam eodem nomine appellabant.

Solpūgā, x, gebus est venenata formicæ, quod etiam à fugiendo sole, solifuga nominatur. Concitatatur enim acrius fervore Solis: idcōque eum fugit quantum potest. Lucan. lib. 9.

Quis calcare tuas metuas solpuga latebra?

Plin. lib. 8. c. 29. Latè deserta regio est, à scorponibus & solpugis gente sublata. A Festo dicitur Solipunga, nisi codex mendosus sit. Vide supra in dictionibus Solipuga, & Solifuga.

Solsequium, herba ad sole seco convertens.

Solsticium, vide Sol.

Solum, i, dicitur omne quod quid sustinet, & rei cuiquam velut funda-mentum subjicitur. { σόλων σασθέα γράπτ karkab. wîðer, idnōs. GAL. Le partere, fond de terre. ITAL. Suolo, suolaro, suola. GERM. Der boden. Hisp. Suelo de la tierra. ANGL. The ground. } Vnde aquæ superficies dicitur solum, quia navium fundamentum sit. Virg. lib. 5.

Suberabiturque solum.

¶ Cælum stellarum Solum est. Ovid. lib. 1. Metam.

Astra tenent cælestē solum.

¶ Nævius verò sola terrarum plurali numero dixit:

Sed sola terrarum postquam permensa parumper.

Sic etiam Cicero in Orat. pro Corn. Balbo, Vos mutæ regiones imple-ro, & sola terrarum ultima. ¶ Aëri etiam solum dicitur, quia avium sustentaculum. ¶ Item terra ipsa quod hominum & animalium funda-mentum sit. Col. lib. 2. Nam quod sicco solo ingestum est, & iam inoccatum est, perinde ac si repositum in horreo non corruptum. Ovid. 2. Metam.

— inque solo quod texerat herba jacebat.

Quint. lib. 2. c. 19. At in solo secundo plus cultor, quam ipsa per se bonitas soli efficit. Ovid. 13. Metam.

Proculuisse solo Lyrneia mœnia dextra.

Æquare solo, pro funditus evertere, passim apud scriptores. Item, Ad solum dituere. Suet. in August. c. 72. Profusè ab ea (uepre) extructa etiam

etiam diruit ad solum. Virg. lib. 7. etiam mensam appellavit solum,

Et cereale solum pomis agrestibus augent.

Aliquando solum, *πέδης*, est inferior pedis pars, quam vulgo soleam vocant, quae callosa sit, & dura discalecat. Cicer. 5. *Tuscul.* Mihi amictui est Scythicum tegmen: calceamentum solorum calum, cubile terra. *Lucretius*,

*Avia Pieridum peragro loca, nullius ante
Trita solo.*

Et solum dictum est pro solea calceamenti, & corio. *καρυδίου*. Matt.

Dentibus antiquas solitus producere pelles,

Et mordere luso putre, vetusque solum.

Propriè tamen solum terra dicitur: unde Natale solum dicimus, pro patria in qua nati sumus: quemadmodum exulem, qui extra solum, hoc est, extra patriam ejectus est. Vertere solum, est sedem & habitationem mutare. Cicer. *pro Cecina*, Nam qui volunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo solum vertunt, hoc est, sedem ac locum mutant. Solum fossæ, pro ima fossæ parte. Cæs. 7. *bell. Gall.* Fossam pedum vingt latam directis lateribus duxit, ut ejus solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant.

Solum pro solo, Ennius, lib. 1.

Auspicio regni stabilita scamma solumque.

Cic. 1. *Divin.* Ab solo dictum solium inquit Varro 4. *de L.L.*

Solum, Adverb. vide infra post *Solus*.

Solariūm, ij, à nomine, solum, soli: Vestigal quod pro solo penditur. *Χερτόν μιδάθ. τὸ τελοῦ πλεύεσσον τετράς ιεράς ποδίς, η ιδάφης.* GAL. Ce qu'on paye pour le fond de la terre par chacun an, censive. ITAL. Dazio, fatto che se paga per lo terreno, censo. GERM. Ein bondenzins. HISP. Renta que se paga por el suelo de la tierra. ANGL. Tribut that is payed for ground or land. Qua voce utitur Vlpian. ff. ne quid in loco, vel in publ. stat. Si quis nemine prohibente in publico ædificaret, si tamen obstat ædificium id publico usui: utique is qui operibus publicis præstet, debebit id deponere: aut si non obstat, solarium ei imponere. Sic enim vestigal hoc appellatur, ex eo quod pro solo pendatur.

Solopatum, Solethurn / urbs Helvetiorum, diœcesis Lausanensis, una ex XIII I. pagis, seu Cantonibus.

SOLVO, is, vi, solutum, Dissolvo quod erat ligatum. *τινὲς πιττάχων* hittir. *λύω*. GAL. Deslier, soufre, rompre, lascher. ITAL. Sciogliere, solvere, dislegare, disfare. GERM. Auflösen oder aussbinden. HISP. Desatar, deshacer. ANGL. To loose, to release. Virg. lib. 7.

Solvite crinales vittas, capite Orgia metum.

Terent. in Andr. Iube solvi obsecro. Solvere dentem, id est, resolvere, ac liberare loculum, Cels. lib. 6. cap. 9. Solvere item dicuntur qui navi vehuntur, quum soluto fune quo navis retinetur, recedunt. Et dicimus solvere simpliciter, nullo adjecto: & solvere navem. Cicer. *ad Tironem lib. 16.* Nos eo die coenati solvimus. Cæsar 1. *bell. civil.* Pompeius sub noctem naves solvit. Cicer. 3. *Offic.* Si idem sciat complures mercatores, Alexandria soluisse, &c. Plautus *Amph.* Soluta navis è portu Persico. Cæsar 3. *de bell. civil.* solvere à terra. Dicitur etiam solvi navis, quum frangitur ac dissipatur. Ovid. Eleg. 6. lib. 4. *Trist.*

Quamlibet exiguo solvit imbre vetus. (navis)

Item solvere oram, vide *Ora*. Senec. c. 10. *de consol. ad Marc.* Mox solvatur ista contubernia, Pro aperte: Plaut. *Amph.* sc. 3. a. 2. Solve cistulam. Mox, Aperi. Ovid. Eleg. 2. lib. 5. *Trist.*

Et tibi sollicita solvitur illa manu. (sup. *Epistola*.)

Ibid. Eleg. 2. lib. 1. *Trist.*

Solvere quassata parcite membra ratis.

Et quoniam qui debent, quodammodo obligati sunt creditori, solvere etiam pro debitum reddere ponit. *§ GAL. Payer.* ITAL. Pagare. GERM. Bezahlen. HISP. Pagar. ANGL. To paye. Cicer. 4. *Verr.* pro quo frumento pecunia soluta non est. Solvere ab aliquo, id est, per aliquem, quum non ipsi solvimus, sed alium substituimus, qui solvit nostro nomine. *בְּנֵי חֶשְׁכִּים בְּנֵי חֶשְׁכִּים* Cicer. *ad Atticum*, Frater laborat ut tibi quod debet, ab Egnatio solvat. Et alibi, Sed etiam dixit se à me quodammodo solvere. Plaut. *Cure.* sc. 3. a. 5. Sequere ad *Prætorem*. Inde rem solvo omnibus quibus debeo. Idem *ibid.* sc. 2. pro ista rem solvi ab trapezita meo. (Ibi sermo non est redditus, sed emenris.) *Ibidem* sc. 1. a. 3. Solvant pugnasi quis poscat durius. Hinc per translationem, Solutionis vocabulum ad omnem liberationem quoquo modo factam transfertur, magisque ad subjectum obligationis, quām ad numerum solutionem. Vnde solvo pro satisfacio, *ἐπιτί*. Terent. in *Adelph.* Neque tu verbis unquam solves quod mihi te maleficeris. Solvere ebrietatem, pro discutere, Cels. Nisi febris accessit eo tempore quo ebrias solvi debet. Solvere aliquem legibus, est cum legum vinculo eximere & efficere ne legibus teneatur. Gell. c. 2. lib. 14. Solvitur judicatu Iudex, qui jurat sibi non liquere. Solvere partum. Ovid. 4. *Fast.*

— prectetur

Vi solvatur partus molliter ipsa suos.

Solvere justa funeri. Cic. *pro Rosc. Amer.* Hunc miserum luctu perfidum, qui nondum etiam paterno funeri justa solvisset. Suscipere & solvere vota. Suet. in *August.* c. 97. Quo animadverso, vota, quae in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nunquam jussit. Nam se negavit suscepturum quae non esset soluturus. Quandoque ponitur pro liberare. Virg. 1. *Eneid.*

Solvitur corde metum, Teucri.

Vnde solutus risus, dicitur magnus, & à curis liber. Idem,

— risusque soluto.

Sic etiam dicimus, Solvere religione, id est, religione liberare, & efficere ne quis religionis scrupulus relinquatur. Cic. *pro Cæc.* Ut religione civitas solvatur. Solvi certa igni, vel sole dicitur, hoc est: mollescere, sive liquefcere. Sic etiam hyeme solvi dicimus, hoc est: mitescere, & molliorem fieri. Horat. lib. 1. *Carm.*

Solvitur acrius hyems.

Solvere fidem, est rumpere, vel non servare fidem. *καταλύειν πίστην.*

Calepini Pars II.

Ter. in Andr. Solvisti fidem. Quintil. Solvere sanctitatem fori ludo-
obtrutum sc̄enore. Ac paulo p̄st, Sortem aliam fert, de capite deduc-
cite quod usuris pernumeratum est. Terent. in *Adelph.* Hei mihi
etiam de sorte nunc venio in dubium, hoc est, de conditione, sive
pretio quo empta erat fidicina. ¶ Idem consortes, qui sortes con-
tulerunt, & qui unam aliquam rem inter se habent communem. Item
sors est fatalis necessitas. Virg. 3. *Eneid.*

— hic exitus illum

Sorte tulit.

Ovid. 3. Faſt.

Tunc memor imperij sortem confistere in illo.

Senec. c. 6. de consol. ad Marc. Si Sors immota, & in æternum fixa
nulla miseria mutatur. ¶ Sortes dejicere (sup. in sortitione provin-
ciarum.) Cæs. lib. 1. de bell. civ. &c. Sorte obvenit & Asia, *Vellere.*
Item, Sortem trahere, producere. Suet. in Tib. c. 14. Sorte tracta, qua
monebatur. (de oraculo, sive responso.) ¶ Item dicitur judicium.
Virg. 6. *Eneid.*

Nec verò ha sine sorte data, sine iudice sedes.

Tractum ex Romano more, non enim audiebatur causæ, nisi per sortem ordinatæ. Nam quo tempore causæ agebantur, conveniebant
omnes, & ex sorti dierum ordinem accipiebant, putâ quod post tri-
ginta dies causas exequentur. ¶ Sortes etiam oracula, seu respon-
sa dicebantur, quæ à diis eorumve sacerdotibus consultoribus ede-
bantur. *Zyngi.* Valer. lib. 1. Cujus rei explorandæ gratiâ, legati

ad Delphicum oraculum missi, retulerunt præcipi sortibus, ut aquam ejus lacus emissam per agros diffunderent. Ovid. 13. Metam.

Dura sortes cogunt Agamemnona matare natam.

Idem 4. Fast.

Redditur Saturno sors hac erat,

Sortes & oracula, idem apud Suet. in Tib. c. 63; & in Calig. c. 56. ¶ Accipitur etiam sors pro progenie. Ovid. lib. 6. Fast.

Si genus aspicitur Saturnum prima parentem

Feti, Saturni sors ego prima fui.

id est primogenita filia. Et Quintilian. Sors nascendi. Ultimæ sortis homo, id est, vilis atque infimus. Seribonius Largus in epist. contendit ultimæ sortis esse Medicum, qui non ad singula quæque virtus binas ternas compositiones, & expertas protinus paratas habeat. Est autem

Divina, quæ Dei iussu & instinctu mittitur: ideoque certò ejus voluntatem in humana dubitatione indicat: non usurpanda, nisi Deo præente.

Sors *Humana*, quæ hominibus licita in iis rebus, quæ ipsorum arbitrio & libertati sunt subjectæ. Hæc politica dicitur: quæ *divisoria*, in bonis communibus partiendis, *Consultatoria*, in rebus liberæ electionis, cùm è personis, quæ pariter idoneæ videantur; una aliqua eligitur.

Divisoria, ad inquirendum curiosè de rebus præteritis, vel præsentibus, vel futuris. Hæc *pauca* dicitur, quia præcipue ad divinandum refertur.

Sorticula, & diminutivum à sors. { εὐωνίας κλῆσις. GAL. Petit sort.

ITAL. *Picciol sorte*. GERM. Ein schlechter oder kleiner glücksel. HISP. Pequeña suerte. ANGL. A little lot or kavell. { Suet. in Nerone, esp. 21. Ac sine mora nomen suum in albo propositum eitharcorum jussit scribi, sorticulaque in urnam cum cæteris demissa intravit ordine suo.

Sortarius, qui sorte inconcessa utitur, divinus. GAL. Sorcier, beneficus, sorciere benefica.

Sortior, iris, sortes duco. { εὐωνίας, ἀ. GAL. letter par sort, faire sort. ITAL.

Sortire, far le sorti, buttar le sorti. GER. Lossen das losf fessen oder werffen. HISP. Sortear. ANGL. To cast lots. { Plaut. Casina, Nam si sic nihil impetrare potero, saltem sortiar. Ibidem, — ego sic agam: Conjiciam sortes in cistellam, & sortiar tibi & Chalino. Velleius, Sortiti sunt Lydus & Tyrrhenus: Sors Tyrrheno contigit. Idem Quintilian. Prætor certa lege sortitur. ¶ Sortiti remos. Virg. 3. Æneid.

Sternimur optata gremio telluris ad undam.

Sortiti remos,

Ubi Servius, Sortiti remos, per sortem divisi ab officio remigandi, quis esset prætora, quis pedem teneret. Idem 8. Æneid.

Ocyus incubuere omnes pariterque laborem

Sortiti.

id est, divisorunt inter se laboris officium. ¶ Sortiti Iudices, per sortem eligere. Cicer. ad Quint. fratr. lib. 2. Sententiam dixit, ut ipse Iudices per Prætorem urbanum sortirentur. ¶ Sortior, pro sortito capio, & forte consequor. Cicer. 7. Philipp. Est enim patronus trigintaquinq; Tribuum, quarum sua lege qua cum C. Cesare magistratum sortitus est, suffragium suslulit. Sueton. in Aug. Ex prætura Macedoniam sortitus. Sortiri provinciam, est sorti committe, cuius provincia futura sit. Cicer. ad Attic. lib. 1. Senatus decrevit, ut Consules Galliam sortirentur. Idem Lentulo lib. 1. Epist. Si licitum esset legem curiam ferre, sortitum esse cum collega provinciam. ¶ Sortiri provincias, est sorte provincias dividere. Idem Attic. lib. 1. Prætores nondum sortiti sunt provincias. Sortiri filium, pro suscipere. Ulpian. l. 3. §. 3. D. de bon. poss. cont. tab. Si emancipatus filius, uxore non ex voluntate patris ducta, filium fuerit sortitus. ¶ Aliquando sortiti significat disponere. εὐηγόρειον. Virg. 3. Æneid.

— sic fata dehinc rex

Sortitur, volviturque rives, is vertitur ordo.

¶ Sortiri pro substituere, & subministrare. Virg. 3. Georg.

Semper enim restit, ac ne post amissa requiras,

Aniè veni, & sobolem armento sortire quotannis.

Ubi Servius, Sortire, substitue, subministra.

Sortitio, verbale, ipse sortiendi actus. { εὐωνίας. GAL. Le jet du sort. ITAL. Sortione. GER. Losfelling, loswerfung. HISP. Obra de sortear. ANGL. A casting of sortes. { Cic. pro Cuent. Ecce tibi ejusmodi sortito, ut in primis Bulbo, & Staleno & Guttae esset judicandum. Ibidem, Statuerunt enim ita majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animadverteretur: ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret. His verbis Cicerio morem illum antiquum significat, quo in decimum, aut centesimum quæcumque militem sortito animadvertebatur capitaliter: unde & legiones decimatas & centesimatas legimus apud Liv. ¶ Sortitio siebat nominum inter athletas. Gell. c. 9. lib. 5. ¶ Sortitione ductam uxorem repudiare, Sueton. in Tib. cap. 35.

Sortitus, us, masc gen. Pro sortitione. εὐηγόρειος. Cic. pro domo sua. Quid si etiam pluribus de rebus uno sortitu retulisti? Virg. 3. Æneid.

O felix una ante alias Priameia virgo,

Hostilem ad tumulum Trois sub mœnibus altis

Fusa mori: quæ sortitus non pertulit ullos,

Nec vitoris heri tetigit captiva cubile.

Sortitor, is, verbale, qui sortitur. Senec. Troa. 10.

— & iniqua serus

Sortitor urna.

Sortilegius, i, qui per sortes futura prænuntiat, & qui per sortem aliquid eligit. { εὐωνίας. GAL. Sorcier, qui devine par sort. ITAL. Chi con sorte predice le cose à ventre. GERM. Der aus dem losseen etwas künftiges liest oder abnimpt. HISP. A devino por suerte. ANGL. A soothsayer by casting of sortes. { Cicer. 1. de divin. Hæc habui, inquit, de divinatione, quæ dicere nunc illa testabor, non me sortilegos, nec eos, qui quæstus causâ ariplantur, ne psychoman-

tia quidem, quibus Appius amicus tuus uti solebat, agnosceret. HD. rat. de Arte,

— & divina futuri

Sortilegiū ij, divinatio per sortes, sortitio. { εὐωνίας. GAL. Sortelerie, divination par sorte. ITAL. Divinatione con sorte. GERM. Die abnehmung künftiger Dingen vom lossen. HISP. Divinacion por sortes. ANGL. Sorcerie, or witcherie by casting of lottes. { Plin. accepit pro magicis quibusdam superstitionibus, lib. 28. cap. 4. ubi titulus capitii sic habet, De sortilegiis quibusdam & saliva homini s. Quid autem ibi sortilegiorum nomine intelligat, satis declarat capitii totius tenor, quo non nisi vanissimas Magorum persuasions exequitur.

Sorti, adverb. { εὐωνίας. GAL. Par sorte. ITAL. Per sorte. GER. Durch das los. HISP. Por fuerte. ANGL. By lotte. { Virg. 4. Georg.

Sunt quibus ad portas cedidit custodia sorti.

Ubi Servius, sorti, id est, ex sorte, vel in sortem. Nam adverbium est, quod traxit à militia.

Sortitō, adverb. ex sorte, vel per sortem. { εὐωνίας. GAL. Par sorte. ITAL. Per sorte. GERM. Mit der losfelling / durch das los. HISP. Sorteando, o por suerte. ANGL. By lotte. { Cicer. 4. Verr. Lex Iovis sacerdotem sortito capi jubet. Idem lib. 6. Epist. Eos sortitò in provincias mitti placere. Plaut. Mil. sc. 6. a. 2. Abeo domum: ne dum absens illis sortito suam. ¶ Aliter accipitur apud Horat. 4. Epod.

Lupis & agnis quanta sortito obtigit.

Tecum mihi discordia est,

hoc est, naturaliter vel occulta quadam fati ratione.

Sortividus, qui videt per sortes. Cathol.

Sortitillus, venter suillus condito farre expletus. Paul. apud Fest. leg. Scrutillus.

Sory, σῶρος. Corpus metallicum, simillimum melanteriæ, nisi quod hæc densior est, & solidior, illud rarius & fistulosius. Facultates habet eisdem cum chalciti, & misy, astrictioram videlicet & causticam, crassioris tamen esse essentia: unde & in metallis infimo loco nascentur, sub chalciti nimirum, quemadmodum & chalcitis sub misy. ¶ Est autem Sory tantum fossile, quod & temporis progressu in chalcitum commutatur, quemadmodum chalcitis in misy. Vulgus hodie, ut cætera ferè omnia ejus generis Vitriolum appellat.

Sos, pro eos antiqui dicebant, interdum pro suis, uti sis pro suis. Fest. Ergo sus, sa, sum, est suus, a. um.

Sosandra, δράς, σωρεύδω. Insula Cretæ adjacens, ita dicta, quod incolas suos à vi Lyctiorum servarit incolumes. Autor Steph.

Sostanūs, Apollinis cognomen, cuius Romæ erat statua ex cedro, è Seleucia advecta, teste Plin. lib. 13. cap. 5.

Sosias, sive Sosia, σωρεύεις. Philosophus quidam impius, qui sublata penitus providentia, omnia temere ferri asserebat: quo in errore & Euhemerum, & Diagoram, & Hippomen, & ipsum etiam Epicurum, versatos acceperimus. ¶ Est item hoc personæ protatica nomen in Terentiana Andria.

Sosibius, σωρεύεις. Grammaticus Lacedæmonius, cuius meminit Suidas. ¶ Fuit & alter Sosibius, homo astutus, qui falsò tutoris nomine assumpto, Ptolemæi regnum invasit, & Lysimacho Arsinoës filio machinatus est necem.

Sosigenes, σωρεύεις, Astrologus insignis fuit, cuius opera usus est Cæsar, quum annum ad Solis rationem redigeret. Autor Plin. lib. 18. c. 25.

Sosicles, σωρεύεις, patria Syracusius Poëta Tragicus, circa novissima Philippi Amyntæ filij tempora, unus ex iis, quos à sideris nomine, quod septem numero essent, Pleiadam appellaverunt. Plaut. Men. sc. ult. a. 5. Sosicles nomen Menæchmi avi, & Nepotis Syracusij. Docuit fabulas LXXXIII. victorias retulit septem, de hoc Suidas.

Sosī, Bibliopola erant celeberrimi Horatij temporibus, quorum meminit lib. 2. Epist. librum suum alloquens,

Scilicet ut proles Sosiorum pumice mundus.

Sosipatē, σωρεύεις, Nobilis Grammatici nomen, è Catysto Eubœæ oppido: cuius meminit & Suidas.

Sosipatra, σωρεύεις, mulier è Libya, Ædesij sophistæ uxor, quæ ob insignem doctrinam, vaticinandique peritiam, à numinibus quibusdam educata credebatur. Autor Eunapius.

Sosithēus, σωρεύεις, Poëta Tragicus, patria Syracusanus, vel ut alij volunt, Atheniensis, (quanquam non desunt, qui ex Alexandria Troadis ortum malunt) unus ex iis, qui quod septem essent numero, Pleiades dicebantur: Homer Tragici æmulus. Vide Suidam.

Sosipolis, σωρεύεις, Iovis cognomen apud Magnesios: cuius meminit Strabo lib. 14. ¶ Sosipolis aliud apud Eleos colebat, ita dictus quod ab Arcadum impetu civitatem servasse crederetur. Ferunt enim Eleis adversus Arcades in prælium exeuntibus, apparuisse mulierem puerum in manibus gestantem, cuius sese & matrem esse dicebat, & in somnis monitam, ut Eleis ducem traderet. Quid multa? credita res. Acceptus à muliere puer, & in ipsa acie fronte nudus hostibus objectus, qui in ipso ineundi prælii momento in draconis speciem sese transformavit, tantumque Arcadibus terroris incusit, ut se protinus in fugam converterent. Cujus beneficij memores Elei, eo in loco quo draco se recipere visus erat, sacram extruxerunt, quod Sosipolidi deo dedicaverunt.

Sospes, ιτις, gen. comm. Salvus, incolumis. { יְלֵוֶשׁ schelév יְלֵוֶשׁ schalév. GAL. Sauvé d'un danger. ITAL. Sano & salvo.

GERM. Gesund vonnd frisch / vonnerlegt. HISP. Cosa salva de peligro.

ANG. Save or heale. { Sospes dicitur is, quem sua spes non sefelliit. Nam Fest. Sospitare exponit bona spe afficere, vel bonam spem non fallere. Passerat à se, (i. seorsum, & hospes deducit; quasi qui seorsum est ab hospite; ut sobrius à se, & ebrius, id est, qui seorsum est ab ebrio. Ovid. 4. Fast. 107)

Sospes eas, semp̄que parens. (bene precantis.)

Idem Eleg. 9. lib. 4. Trist.

Et patriam, modo s̄t sospes, speramus ab illo.

pp. 5

Iadem

Idem Eleg. 3. lib. 5. Trist. vers. 5. Quo sospite (Cæsare , sup.) Plaut. Capt. sc. 1. a. 1. Ut vis gnatum tuæ superesse vitæ sospitem & superstitem. Ibid. sc. 1. a. 4. Liv. 2. ab Urbo. Sospitæque omnes Romam ad propinquos restituit. Virg. 11. Æneid.

—ae non Evanдре pudendis

Vulnibus pulsum aspicies nec sospite dirum

Optabis nato funus pater.

Idem 8. Æneid.

Maxime Teucrorum ductor, quo sospite nunquam

Res euidem Troia vietas, aut regna fatebor.

Horat. 1. Carm. Ode 37.

Vix una sospes navis ab ignibus.

¶ Antiqui item sospitem accipiebat pro sospitatore ; sive servatore : unde Iovem sospitem dixit Ennius , quem alij Iovem servatorem appellant.

Sospitæ, servatrix. § מושטה חתָה. טַרְדֵּג. GAL. Celle qui sauve d'un danger. ITAL. Donna che libera & conserva. GERM. Ein heilbringerin / heilferrin in der nocht. HISP. La que libra de peligro, salvadora. ANGL. She that is heale and sauve or that preserveth. § Hoc cognomine Iuno celebatur apud Lanuvinos. Cicero pro Murana , Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ , cui omnes Consules facere necesse est , domesticum & suum Consulem potissimum avellere. Idem 1. de divinis. Quin etiam memoria nostra templum Iunonis sospitæ L. Iulius , qui cum P. Rutilio Consul fuit , de senatus sententia refecit ex Cæciliæ Balearici filiæ somnio.

Sospitælis, e, Salutifer, salutaris § יְשִׁיחָה מֹשְׁחָה. טַרְדֵּג. GAL. Qui delivre de peril , saluaire. ITAL. Salutifero. GER. Heilbringend / erhal tend. HISP. Saludable, cosa que trae o tiene salud. ANGL. That delivereth frome danger. § Plaut. in Pseud. sc. 3. a. 1. Quis est qui moram occupato molestam obtulit ? p. qui tibi sospitalis fuit.

Sospito , as, In columem servo , sospitem facio . Nam , ut ait Festus , sospitare , est bona spe afficere , vel bonam spem non fallere. § יְשִׁיחָה מֹשְׁחָה. טַרְדֵּג. GAL. Garder sain & sauve , deliverer de peril. ITAL. Conservare sano & salvo. GER. Gesund und in wohstand erhalten. HISP. Librar à otro de peligro. ANGL. To save out of danger. § Liv. lib. 1. Pacem precibus exposcut , ut volens propitiam suam semper sospitet progeniem. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3. Plus plusque sospitent istuc quod nunc habes. Idem Afin. sc. 3. a. 5. Scis herum tuis factis sospitari , &c.

Sōstratus, טַרְדֵּג, insignis, architectus, qui in insula Phare jussu Ptolemæi Philadelphi turrim exttuxit ad ostendatos nocturnos ignes , navigantiumque cursus dirigendos, cum hujusmodi scriptione : Sōstratus Gnidius Dexiphanis filius , diis servatoribus pro navigantibus. Nam quim ora ex utraque parte importuosa , & humiliis esset , & cautes , & brevia haberet , signum aliquod necessarium fuit , altum & clarum , quo navigantes ad portus ingressum dirigerentur. Hæc Strabo lib. 7. ¶ Sōstratus alias fuit nobilis æneorum signorum artifex , qui cxiv. Olympiade floruit , ut refert Plinius lib. 4. c. 38. ¶ Alius item pugil , pugna Sicyonius , Acrocherites cognominatus , quod adversarium extremis manibus corriperet , nec ante dimitteret , quam deficiente sentiret. Autor Pausanias.

Sōtādēs, טַרְדֵּג, Maronites Poëta fuit , turpissimi carminis autor , in quo omnes nefandarum libidinum refert species. Hoc carminis genus sumpto nomine ex argumento , Cinædos inscripsit Suidas.

Sōtādēum carmen , טַרְדֵּג, pedes habet septem. Primus spondæus , secundus perambus , tertius spondæus , quintus & sextus tribachys , & ultimus spondæus. Et (quod magis mirum est) totus sōtadeus numerus è trochæis potest constare pedibus Hæc Fortunatus Attilius. Alij de hoc vocabulo sic : Sōtadeum carmen constat quinque pedibus : primis duobus Ionicis à majore , & tribus reliquis trochæis : Et quia Ionicus à majore constat duabus primis longis , & reliquis duabus brevibus , primus pes interdum , soluta prima Ionicæ in duas breves , sit mesomacros , constans è media longa , & duabus utrinque brevibus : soluta secunda , sit paropæon , constans è prima longa , & quatuor brevibus.

Sōtēris, Latinè Servator , qui salutem dat. § מֹשְׁחָה מֹשְׁחָה. טַרְדֵּג. GAL. Sauveur. ITAL. Servatore , salvatore. GER. Ein heiland , erlöser , saligmacher. HISP. Salvador. ANGL. A saiuour. § Cicer. in Verr. a. 4. Itaque non solum patronum istius insulæ , sed etiam soteria inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est ? Ita magnum , ut Latino uno verbo exprimi non possit : is est nimurum soter , qui salutem dedit.

Sōtēriæ, orum , טַרְדֵּג, dicuntur munera , quæ pro convalescentia diis voventur. Solebant autem hujusmodi munera ab amicis corroborari. Vnde non invenustè Martialis jocatur in Sosibianum , qui quoties visum esset , se ægrotum simulabat , ut munuscula ab amicis prætextu soteriorum extorqueret. Verba Martialis sunt hæc ,

Ægrotas quoties soteria poscis amicos

Iam precor ægrotæ Sosibiane semel.

Soterici (vel , ut alij scribunt , Sotherici ,) lectos admirati dixit Seneca de re despicienda potius , quæ admiratione ulla digna : Is enim ita apud Gell. c. 2. lib. 12. de quibusdam versibus Enni loquens ita ait : Qui hujusmodi versus amant , liceat sibi & eos admirari & Sotherici lectos , &c. Quibus Senecæ verbis in defensionem Enni optimi Poëta hæc inter alia subnectit Gellius ironicas : Dignus sane Seneca lectione ac studio adolescentium , qui honorem colorémque veteris orationis Sotherici lectis comparavit , &c.

Sōtērichus, טַרְדֵּג, versificator fuit ex Asso Troadis , qui Diocletiani encomium scripsit , & Dionysiacorum libros duos , & alia nonnulla quæ commemorantur à Suidâ.

Sōtēridas, dæ, טַרְדֵּג, Epidaurius Grammaticus , Pamphilia doctissima mulieris pater : cujus meminit Suidas.

Soteropolis , primum A. postea M. sub P. Constantinopolitano.

Sōtērā, טַרְדֵּג, urbs Arienorum ab Antiocho Seleuci filio condita , Stephanus.

Sotular , vide Subalare , in verb. Subrat.

Sōzūsā, טַרְדֵּג, Trium oppidorum nomen , quotum unum in Phenice collocatur à Stephano , secundum in Pisidia , tertium in Æthiopia.

S P

Spacchides , filij principum in aula Turcica ministrantes. L. g. b.

Spacchoglanî , excubitores aulæ Turcicæ. Idem.

Spaco , טַרְדֵּג, uxor fuit Mithridatis , bubulci Astyagis Medotum Regis , & nurrix Cyri : quæ vox , quondam Medorum lingua canem significat , factum est , ut Cyrus creditus sit nutritus esse à cane. Author Herodot. lib. 1.

Spādīx, icis, טַרְדֵּג, teste Gell. lib. 2. c. 26. & lib. 3. c. 9. est avulsus à palma termes cum fructu : qui quoniam puniceum refert colorem , hoc est , rubrum , cum exuberantia quadam splendoris , factum est , ut spadīcem pro puniceo colore accipiamus , qui potissimum in equis commendatur. Virg. lib. 3. Georg.

Luxuriatque toris animosum peccus honesti

Spadices , glaucique.

Probus tamen in 3. Georg. sic ait : Spadix color Palmæ , cujus jam deficit color , hoc est albus & fuscus , quem Leucopyrem vocant.

¶ Est etiam spadix , genus instrumenti musici , cujus meminit Julius Pollux lib. 4. & Cælius lib. 9. c. 4. Quintil. lib. 1. c. 17. de Musica , Psalteria & spadices etiam virginibus piobis recusanda.

Spādīcēus, a. um. Punicus , sive baius , quod coloris genus in equis potissimum commendatur. פָּוּנִיכָּר. Significatur autem hac voce exuberantia quadam ruboris , splendorisque , qualis cemitur in terminibus palmarum , qui spadices appellantur. Vide Thylesum in libello de coloribus.

Spādo , nis , טַרְדֵּג, saris. טַרְדֵּב. GAL. Castræ. cunnus.

GERM. Ein verschmittner / hodenlos. HISP. Varon castrado. ANGL. A gelding be it man or beast. ¶ Proprietis dicitur , cui aut testes evulsi sunt , aut ipsi cremasteres , hoc est , nervi , è quibus testes dependent. A verbo Græco טַרְדֵּב , quod est evello. Eunuchus autem etiam natura quis esse potest , ut quum frigidior temperatura veneris usum cuiquam pernegat. Plin. lib. 11. c. 37. Deservium capillorum in spadonibus non visum. ¶ Spadones item dicuntur sureuli infugiferi. Col. lib. 3. c. 10. Ejusmodi surculos , qui nihil afferunt , spadones appellant.

Spadonius , a. um. Plin.

Spado , as , are , Spadonem facio , castro , in vet. II. vide Gloss. Lindebrog. Spadonatus , castradura , Tertull.

Spagas , picis genus.

Spagirus , alchymista , qui metallæ coquens , purum ab impuro separat , unde

Spagiricus , ad spagittum pertinens.

Spalathra , טַרְדֵּב , Magnesia oppidum , apud Plin. lib. 9. c. 9.

Spalatum , Spalatro , V. A. Dalmatia , ad mare Adriaticum , ditionis Venetæ.

Spaliones , plutei , seu musculi bellici. Suid.

Spalis olim , nunc Hispalis , Sevilla , V. A. Hispania.

Spanga , in II. Bojor. tit. 9. c. 8. Trabes exteriæ , quas spagæ vocamus , è quod ordinem continent parietum.

Spania , Hispania , hoc vide,

Spanus color , id est , Hispanus , Iberus , pullus.

Spannum , spanna , spithama in II. Frison. tit. 22. § 65. 66.

Spanopogon , Gl. Cyr. טַרְדֵּב malabarbis , cui mala (h. e. non plena non spilla) barba est.

Sparadica , טַרְדֵּב , r. quæ sparsim degunt , incivilia.

Spargana , initiarum infantia. Gl. Isid. Proprietis טַרְדֵּב fascia tumida , in qua infans involvitur. Tropicæ autem infantæ initia , & signa quibus infantes discernuntur.

Sparganium , טַרְדֵּב , fasciola. Item , herba folia habens similia gladioli , sed angustiora , magisque in terram procumbentia , circa summum autem caulem semen capitulis quibusdam inclusum. Autor Dioscor. lib. 4.

Spargapises , טַרְדֵּב , fuit filius Tomyridis , Messagerarum regina , qui captus à Cyro scipsum interfecit. Autor Herodot. lib. 1.

SPARGO , is , si sum. Huc illuc projicio , dissemino , latè diffundo. § רַזְאָרָה בְּזָבָזָר בְּזָבָזָר רַזְאָרָה. צְרָדָלָעָן. GALE. Espan dre , jettet ça & là , semer. ITAL. Spargere. GERM. Aufspreiten. HISP. Derramar. ANGL. To scatter , to sprinkle , to cast or spread abroad. ¶ Virg. 3. Ecloga ,

Iam cornu petat , & pedibus , qui spargat arenam.

Ovid. Eleg. 9. lib. 4.

— spargit tamen acer arenam

Taurus.

Idem 5. Fast. 2.

Spargit & ipse suos lauro rarante capillos.

Quintilianus , Spargenda plura tela incertæ manui , ut sit & fortunz locus. ¶ Spargere vires , (id est , dilatare deductis coloniis. sup.) Vel leius. ¶ Spargenda est manus , quid sit ? docet Senec. epist. 29. cum ait :

Non possum icire , an ei profuturus sim , quem admoneo. Illud scio , alicui me profuturum si multos admonuero. Spargenda est manus :

non potest fieri , ut non aliquando succedat multa tentanti. Item , Spargere in plebem munus. Suet. in Calig. 37. Item , Spargere in valle missilia. Idem in Nerone c. 11. ¶ Spargere aquam , est aquam effundere. Plaut. Truc. Sparsisti aquam ; jam redit animus. Insula sparsa per æquor , id est , latè diffusa. Virg. 3. Æneid.

— niveamque Paron , sparsaque per aquor

Cycladas.

Colum. lib. 2. cap. 16. Si tamen aliqua causa tempestivam stercorationem facere prohibuerit : secunda ratio est ante quidem farrias , more seminantis ex aviariis pulverum stercoris per segetem spargere. ¶ Spargere humum foliis , id est , sternere vel operire.

Virg. 5. Æneid.

Spargite humum foliis , inducite fontibus umbras.

¶ Spargere se in aristas , vel brachia , dicitur herba , quando in aristas , vel in brachia dilatatur. Plin. lib. 12. c. 12. Cacumina in aristas se spargunt. ¶ Composita sunt Aspergo , Conspergo , Dispergo , Inspingo , & Respergo ; quorum significata explicantur suis locis.

Sparsus ,

Sparsus, participium. Longè latèque diffusus. **סְפָרֶה mezoreh שְׁפָרֶה** **mephuzzár.** **σπάρτης sparsus**. GAL. E�pars, jeté à la semé. ITAL. Sparso, GER. Aussgespreitet. HISp. Derramado. ANG. Sprinkled, scattered. Cic. in Arat.

— Stella sparsa fusque videntur.

¶ Os sparsum, id est, latum, & plus satis diffusum. Tertent, in Heaut. Rufamne illam virginem, cœsiam, sparsa ore, ad uno naso.

¶ Aliquando idem quod Conspersus. Ovid. 8. Metam.

— raris jam sparsus tempora canis.

Corpus Senatus sparsum, id est, disjectum. Lucan. lib. 7.

Calcatisque simul reges, sparsimque senatus

Corpus, & immensos populos in eade natantes.

Sparsim, adverb. multis variisque in locis, hic & illuc. **סְפָרַתְּשָׁבֵד** GAL. Par cy par là, peste mœste. ITAL. Sparsamente, chi & lì. GER. H̄in und h̄d̄sprechlechting/trennsprechlechting. HISp. Derradamente. ANG. Here and there, mingledly. Gell. lib. 11. cap. 2. Præterea ex eodem lib. Catoris hæc etiam sparsim & intercise commemoramus.

Sparso, actus spargendi. Gloss. Philox.

Sparta, τὰ σπάρτη. Peloponnesi civitas nobilissima fuit, Lycurgi legibus optimè olim instituta, ita dicta à Sparto Phoronii filio, aut (ut alii malunt) à Sparta Eurota filia: quam anteā Lacedæmon dicitur. Virg. 3. Georg.

Veloces Sparta catulos, acrémque Molossum

Pasce sero pingui.

Hujus cives dicuntur Spartiates sive Spartani, Σπαρτιάτες, qui & Lacedæmonij. Spartam nactus es, hanc orna. Proverbiū est, quod admonet, ut quamcumque provinciam erimus fortè naeti, ei nos accommodemus, proque hujus dignitate nos geramus.

Spartanis, a, um, idem quod Lacedæmonius Σπαρτιατός. Virg. 1. Aenei.

Virginis os habitumque gerens, & virginis arma

Spartane.

Sparta, lacus in Atropatia, in quo sales nascuntur, & congelascunt.

Spartacus, Σπαρτάκος. Famosus gladiator è Thracia oriundus, robore animi & corporis præstans qui unā cum Chryso & Enomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum septuaginta gladiatoriis erupit Capua, manuque servorum congregata quasi justo exercitu comparato. Cervesium montem in Campania occupavit: ubi quum à Clodio Glabro obsideretur, ejus castra diripuit, & Campaniam populatus, raptis Prætorum fascibus appellatus est Imperator. Inde Lentuli exercitum in Apennino dissipavit: apud Mutinam Cassii Castra delevit. Tandem quum de Urbe invadenda deliberaret, à M. Crasso pulsus, fatigatusque quum Brutum angulum occupasset, nec in Siciliam præ navium penuria traxere potuisset, cum suis omnibus fortissimè dimicans quasi Imperator occisus est. Lucan. lib. 2.

— Partherum utinam post prælia sospes,

Et Scythicis Crassus victore remeasset ab oris,

Vi simili causa caderet, qua Spartacus hostis.

De eo Plutarchus in Crasso.

Spartio, Promontorium est Sithonia in Thracia, nobile Orphei vatis origine, quod multi Specchium esse volunt. Stat. 1. Sylv.

Iam noctis propioribus sub umbris

Dives Spartio quos agit tumultus.

Spartopola σπαρτοπόλη, qui vendit sparteas textas.

Spartopoliūs, Σπαρτοπόλιος, persona erat histriónica in Tragœdia, à sparti canitie dicta, vitili specie, nigra & subpallida, quemadmodum contraria polia. πλάτα, facie muliebri, denso, canōque capillatio, ceteris omnibus muliebribus personis, ut aetate, ita & dignitate præstans. Vide Iulium Pollucem Onomastici lib. 4. & Hermolaum in Plinium. ¶ Est item Spartopolios, gemma quedam à colore dicta, quem Sparti modo habet incanum. Vide Plin. lib. 37. c. 11.

Spartum, i, sive Spartum, Σπαρτόν. Diosc. lib. 4. id est quod nostri Genistam appellant, fortassis quia genu modo flexilis adnexus sit: vel quia genibus medeatur dolentibus. **סְפָרָה róthem.** GAL. Genest. ITAL. Genesta. GER. Pfriemen / ist von der genisten art. HISp. Genesta, giessta, gieslera. ¶ Est & aliud sparti genus, quod in Hispania nascitur: de quo Plin. lib. 19. Sparti quidem usus multa post secula cæptus est: nec ante Poenorum arma, quæ primū Hispaniæ intulerunt. Herba & hæc sponte nascens, & quæ non queat seri, juncusque propriè aridi soli, uni terræ dato vicio: namque id malum telluris est, nec aliud ibi seri, aut nasci potest. Idem lib. 24. Genista quoque vniculi usum præstat: flores apibus gratissimi. Dubito an hæc sit, quam Græci autores Sparto appellavere, quum ex ea linea pectoratoria apud eos factitari docuerim. Et nunquid hanc designaverit Homerus, quum dixit, Navium sparta dissoluta. Nondum enim fuisse Africanum, vel Hispanum spartum in usu, certum est: & quum fuitiles fierent naves, lino tamen, non sparto unquam suffit. Semen ejus quod Græci eodem nomine appellant, in folliculis phæseolorum modo nascens, purgat Hellebore vice, drachma & dimidia pota in aquæ mulæ ciathis quatuor, jejunis. ¶ Sparti usus, quando, & de eo plura apud Gell. c. 3. lib. 17.

Spartarum, i, locus sparto abundans. **סְפָרָה** GAL. Un lieu où il y a force genest. ITAL. Luogo ove sono molte geniste. GER. Ein ort an dem vil primmen stehn. HISp. Lugar de muchas genistas, y espertos. ¶ Plin. lib. 11. Falsò excipiunt spartum: quippe in Hispania multa in spartariis mella eam herbam sapient.

Sparteūs, a, um, adjективum, E sparto compactum & compositum. **סְפָרְטָה** GAL. De genest. ITAL. Di genesta. GER. Aus pſtimmē oder genisten gemacht. HISp. Cosa de genesta. ¶ Cato de re rustica, capite tertio, Trocheas Græcanicus binas, quæ sparteis fulibus ducantur.

Spatteoli, fiscellæ è Sparto Tertull.

Spartarius, avis accipitri similis. in II. Salic. 2. 4. Bojor. tit. 20. 1. 4.

Sparsi, seu sparum, Telum rusticum, in modum pedis recurvum. Vide Gell. c. 25. lib. 10. **סְפָרָה** GAL. Petis dard rusticque & militaire. ITAL. Picciol dardo rustic da guerra. GERM. Ein gattung eines barorenge schoss oder pfeils,

HISp. Pequeño tiro rustic para pelear. ANGL. An uplandish or rustic call weapon or dart. ¶ Virg. lib. 5.

Agrestisque manus armat sparus.

Salust. Sed ex omni copia circiter quarta pars militaribus armis instruta: ceteri ut quoque casus armaverat, sparis aut lanceis, alijs præacutas fudes portabant. Festus. Spata minimi generis sunt jacula: à spargendo dicta, quod passim pugnando spargerentur. Lucilius,

Tum spara, tum murices, portantur tragula porrè.

¶ Est & sparus, σπάρως, piscis marini nomen circa vernum æquinoctium parentis: ut tradit Plin. lib. 9. cap. 51.

SPASMUS, i, sive spasma, atis. **סְפָסְמָה** GAL. Spasme, retirement de nerfs, convulsion. ITAL. Spasmo. GERM. Der krampf. HISp. Pasmo. ANGL. The cramp. ¶ Contractio nervorum, rigor, sive distentio convulsio. A verbo Græco σπάσμα, quod est convello. Plin. libro 22. capite 8. Item ex multa auxiliatur renibus, stranguriæ, opisthotonitis, spasmis, lumbis.

Spasticus. **סְפָסְמָגָס** GAL. Qui a les nerfs retirez. ITAL. Chi ha gli nervi ritirati. GERM. Ardmüdig/dem die aderen gestruxt sind. HISp. Pasmando. ANGL. Sick of the cramp. ¶ Dicitur cui aliquid intus convulsum est. Plin. lib. 31. c. 19. Radicem decoctam pipere spasticis, eversis, convulsis, suspriosis salutare.

Spâthā, x, **σπάθη** chérub. σπάθη. GAL. Espée. ITAL. Spada. GERM. Ein gross schwert oder halbdägen. Ein langet sebet. HISp. Espada. ANGL. A sword. ¶ Gladij genus, δορύ τῆς σπάθης, hoc est, à scindendo, sive divellendo: aut certe δορύ τῆς σπάθης, quod inter cetera significat stringere. Apuleius, & militaris sacramenti genium ob amissam spatham verebatur. Vegetius gladios majores, spathas vocari docet: minores vero semi spathas. Tacit. lib. 12. si auxiliaribus resistent, pilis & gladiis legionariorum, si huc vetterent spathis & hastis auxiliarium sternebantur. Hæc etiam autore Augustino, dicitur framea, & alio nomine romphæ. ¶ Est item spatha, ridicula quæ utimur in versandis rebus quæ coquuntur: GAL. Espanule. Colum. lib. 12. c. 22. Deinde permisero spathâ ligneâ. ¶ Spatham præterea vocamus instrumentum illud culinarium, quo spumam detrahimus.

¶ In palmis item spathæ dicuntur ramuli, ex quibus palmula dependent: à frondis, ut videtur, figura nomen habentes, quæ ad gladioli folium satis accedit, licet duplex sit, minor & tenuior. Plin. lib. 16. c. 26. Palma sola in spathis habet fructum, racemis propendentem. Inde alia per similitudinem dicuntur

Vagina, seu involucrum palmæ florentis, quo dehincente, naturalia flores panduntur.

ut ramus palmæ.

gladius: & in specie oblongior hasta.

artificialia instrumentum textoris, quo lictum telæ inculcat &

ut apprimat.

instrumentum equisonis, pennæ simile, qui pilos equi per-

purgat.

Spâthâlōn, **σπαθαλών** GAL. Rameau ou branche de palme avec le fruit pendant. ITAL. Ramo di palma. GERM. Ein zweig von einem datelbaum/ an dem die dateel fern noch hangen. HISp. Razimo de datiles. ANG. A branche of a date tree with the fruit. ¶ diminutivum à spatha, significans ramulum palmæ cum dactylis inde pendebatibus. Unde apud Martial. lib. 13. Spathalion cariotatum numeratur inter munera teniorum, quæ Calendis Ianuariis solent missari.

Aurea (inquit) porrigitur Iuni caryota Calendis:

Sed tamen hoc munus pauperis esse solet.

¶ Est etiam ornamentum muliebre inter delicias feminarum annumeratum. A verbo Græco σπαθαλάω, quod significat delicias ago, & lascivio. Plin. lib. 13. c. 15. Iuba tradit circa Troglodytarum insulas fruticum in alto vocari isidos plocamon, corallio similem, sine foliis: præcisum, mutato colore in nigrum dutescere, quum cædat, frangi. Item aliud qui vocatur caritoblepharum, efficacem in amatōris: spathalia eo facere, & monilia feminas. Plaut. Menachmis, Amabò. Menachme inaureis da mihi faciendas, pondo duum nummum spathalia, ut te libenter videam, quum nos veneris.

Spâthē, es, σπάθη, involucrum est, sive operimentum fructus palmarum adhuc florentium, quo in spissandis unguentis utuntur unguentarij, ut docet Dioscorides lib. 1. cui ea in re optimè convenit cum Theophrasto, qui lib. 3. de Plantarum historia, de palmis agens, in eo masculum à foemina differre scribit, quod mascula prior florem ferat in spathe. Plin. lib. 13. c. 6. spathes, sive elates nomine proprium quoddam palmarum genus videtur intellexisse, quod medicinæ conferret germina, folia cotticem. Vide Marcellum in Dioscoridem.

Spâthūlā, x, **σπαθαλίων**, ή σπαχή ή βραχύν σαράν. GAL. Espanule. ITAL. Spasola. GERM. Ein halbdägen schwoerlin. HISp. Spathula. ANG. A little skiffe. ¶ diminutivum à spathæ, sive spatha, quo Celsus lib. 8. c. 15. usus est pro instrumento chirurgico, ad humeri luxati curationem accommodato. At (inquit) si vastius corpus nervique robustiores sunt, necessaria est spathula lignea, & quæ crassitudinem duorum digitorum habeat.

Spatharius, satelles. σπαχή ή βραχύν σαράν. GAL. Garde du corps.

Spatharocubicularij, cubicularij Principis, ejus ensem gerentes. Eu-

leng.

Spatharius, σπαχή ή βραχύν σαράν, animal caudam habens, ut σαράν.

Spathius, spathatus, ducis armiger. Buleng.

Spathomele, specillum chirurgicum.

SPATIUM, ij, intercapedo, interyallum, tam temporis, quam loci. ¶ **סְפָתִים** mercat. dorisans, diaçeps. GAL. Espace. ITAL. Spazio, agio, tempo. GER. Ein weile / ein zwischendfallender begriff. HISp. Espacio, ή anchura. ANG. Space. ¶ Cic. lib. 1. de natura deorum, Sidus spatiis immutabilibus ab Ottu ad Occasum commens. Virgil. 3. Georg.

Hic vel ad Elei metas & maxima campi

Sudabit spatiis, & spumas agit ore cruentalis.

Ovid. 2. Metam.

— tritumque relinquant.

Quadripliges spatiis, nec quo prius ordine currunt.

Cic.

Cic. pro Archia. Quoad longissimè potest, mea mens respicere spatiū præteriti temporis, Autor ad Heren. lib. 2. Spatiū ita consideratur, satis longum fuerit ad eam transigendam: scieritne, satis ad perficiendum spatiū futurum. Ovid. Eleg. 6. lib. 4. Trist.

Non quasita tamen spatio patientia longo.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Invida me spatio natura coēcuit ardo. (sup. ingenij)

Et Senec. cap. 9. de tranquill. Et in Circi, &c. in vita spatiis interius flectendum. ¶ Spatiū, pro curriculo. Luct. lib. 4.

Nam facit ex animo sapè, & communia quarens

Gaudia, sollicitas spatiū decurrere amoris.

Cic. in Orat. Fateor me oratorem, si modò sim, aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officinis, sed ex academiæ spatiis extitisse: illa enim esse curricula multiplicium, variorūque sermōnum. ¶ Spatiū, pro mensura, & temporibus pedum in carmine. Idem in Orat. Trochæus, qui in eodem spatio est, quo choreus. Quintil. Spatiā lentiora, aut citatiora. (in voce sup.) Idem, Spatiā nervorum in cithara, &c. ¶ Spatiū, pro dilatione. Liv. lib. 8. Orabant ut rem in posterum diem differet, & ira sua spatiū, & consilio tempus daretur. Bud. ¶ Spatiū, pro spatiū ambulatione & decus. Cicero lib. 1. de Orat. Tum Scævolam duobus spatiis, tribusve factis dixisse, i. cùm bis, aut ter totum ambulationis spatiū peragassent. Tranquillus. Singulos à septenis spatiis ad quina corripuit, i. à septenis cursibus, vel curriculis.

Spatiō, atis, spatiū transco, ambulo, erro. { בְּתַחַלָּה. מֵצָרְנָה. GAL. Se pourmener. ITAL. Andar à spazio. GER. Spanieren, hind und hör gehn Hisp. Espaciarse. ANGL. To walk abroad. ¶ Celsius cap. 3. lib. 11. Spatiari, aut vectari, motandi corporis causā. Virg. lib. 1. Georg.

Tum cornix plena pluviam vocat improba voce,

Et sola in sicca secum spatiatur arena.

Idem 4. Eneid.

Aut ante ora deum pingues spatiatur ad aras.

Ovid. 2. Metam.

nam quum per littora lenti

Passibus, ut soleo, summa spatiarer arena.

Transfertur & ad animum. Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Illa per immensas spatiatur libera terras. (sup. mens.)

Spatiā, tis. { בְּתַחַלָּה mittahalch. מֵצָרְנָה. GAL. Qui se pourmene. ITAL. Chi anda à spazio. GER. Spazieren, weit außge-
thon. Hisp. Que anda à espacio. ANGL. That walketh abroade. ¶ Ovid. 4. Metam.

& spatiā, passim Brachia compescit.

Idem Eleg. 4. lib. 5. Trist.

lato spatiā, flumine Gangem.

Spatiātūs, a, um, spatiātūs, spatiātūs. Ovid. 3. Fast.

Flebas amans coniux spatiātāque littore curvo.

Edidit incultis talia verba comis.

Spatiātōrem pro erratore posuit Cato. Festus.

Spatiōsūs, a, um, Amplius, capax, vastus, magni spatiū, { גָּדוֹלָה. נִרְכָּה. GAL. Spatiā, large & de grand étendue. ITAL. Spazio, grande. GER. Hestig weit / das ein grosse weite begreift. Hisp. Espacio, largo, grande, anche. ANGL. Ample, broade, wide, spacious. ¶ Colum. lib. 6. c. 2. Primum omnium spatiōsum stabulum præparetur, ubi domitor facile versari, & digredi sine periculo possit. Idem 2. de arte.

Omnibus Andromache visa est spatiōsior aquo.

Ovid. 13. Metam.

Quæ utiliter feci spatiōsī tempore belli.

¶ Interdum non loci, sed temporis spatiū importat. Idem lib. 1.

Amor. Eleg. 8.

Sed nunquam dederis spatiōsum tempus in iram?

Sapè simulatus ira morata facit.

Spatiōsē, adverb. Latē, diffusē. { יְמִינָה. GAL. Largement, au large. ITAL. & Hisp. Largamente. GER. In die weite / weit hinauss/weileufsiglich. ANGL. Amply, largelē, abreade. ¶ Plin. lib. 19. cap. 5. Quoniam spatiōsē fruticat. Spatiōsūs, & spatiōsissimē. Idem Epist. 6. 2. Bono civi convenientissimum credidi, eadem illa spatiōsūs & uberiūs volume amplecti.

Speciarius, idios, peculiaris. Cæsar bell. civ. lib. 3.

Specio (quod & spicio) video attentus. In usu sunt composita & specio. Vide infra post Specimen.

Spécies, ei, Forma, effigies, facies, vel imago, { בְּתַחַלָּה. תְּאַוָּת. GAL. Espece, forme, figure, beauté, mine, face. ITAL. Specie, imagine. GER. Ein gestalt. Hisp. Hermosura o forma, especie. ANGL. The fourme, figure, or shape of a ting, beautie, apperance, face. ¶ Cicer. lib. 1. Offic. Quæ autem specie quadam utilitatis, hanc Græci eidem vocant. Et in Topicis. In divisione formarum, quas Græci eidem vocant, nostri (siqui hæc forte tractant) species appellant. Cæs. Comm. nt. 4. Auxiliarēsque, quibus ad pugnam non multū Crassus confidebat, lapidibus, telisque subministrandis, & ad aggerem cæpitibus comportandum, speciem atque oppugnationem pugnantium præberent. Cicer. de Amicitia. Quæ est enim ista securitas; specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. ¶ Species, ipsa cernendi actio. elegant, vel cerneendi sensus. Lucifer.

Denique eam partem, quacunque est ignibus anta

Ad speciem nobis vertit. i. τέος τὸν γενίγκαντον.

¶ Quandoque sumitur pro aspectu, & re visa. Virg. 2. Eneid.

Non tulit hanc speciem furiata mente Choræbus.

Species, provisionibus nocturnis. Liv. lib. 6. bell. Pun. Pleraque apud multitudinem, aut per nocturnas visa species, aut divinitus mente mota agebat. Sueton. in Aug. cap. 96. Cujus sibi species itinere avio occurrit. (i. imago.) Et in Calig. cap. 10. ut qui Species quondam pelagi colloquenter videre vīsus sit. Idem in Cland. c. 1. Species barbaræ mulieris humanæ amplior. Ibid. cap. 37. Sibi quoque ean dem speciem obversari aliquot noctibus, &c. Idem in Neron.

c. 44. Ut confessus sit exagitari se materna specie: in Galba, cap. 18. Proxima nocte somniavit speciem fortunæ quærentis fraudatam se dono destinato, &c. Gell. c. 3. lib. 1. In una quidem specie. (i. in certa quadam re,) &c. Idem c. 2. lib. 9. Simili exemplo ex contra-aria specie. (i. ex contrario.) Suet. in Aug. c. 9. Per species exequas vitæ partes. Idem in Cæs. Nihil esse Kempubl. Appellationem modò sine corpore ac specie. ¶ Quandoque pro pulchritudine, seu deformitate: à speciendo. Plaut. in Bacchid. Bellan' videtur specie mulier? Ovid. 5. Fast.

Et color, & species floribus omnis inest.

Ibid.

Et monet status specie dum florent uti.

Et Suet. in Cæs. c. 67. Milites auro, argento, politis armis ad speciem ornare. (i. ad ornatum.) Et Ovid. de Chæs, lib. 5. Fast.

In novas species omne rec. ssit opus.

(i. formas, figuræ,) ut in Cæs. Suet. cap. 77. Inde speciosus pro pulchro & formoso accipitur, de quo infrà. ¶ Species item (ut definitur à Dialecticis) est quæ dicitur de pluribus differentibus numero, ut homo est species, quoniam de Socrate, Platone, & aliis, non specie, sed numero differentibus prædicatur. Ob eam rationem ita appellata, quod multorum collectio una quasi visione comprehendatur. Genus autem est, quod prædicatur de pluribus differentibus specie: ut animal, quod de homine, equo, asino, & hismodi dicitur, quæ specie differunt. ¶ Species item aliquando ponitur pro controversia. l. 18. D. de min. Species in auditorio finita. Quod ex eo ductum est, quod finitam questionem Græci appellant τύπον. ¶ Quandoque species in plurali numero sumitur pro aromatibus. Macrob. lib. ult. Saturn. Species, & acres, & calidæ, super faciem, quum apponuntur, exulcent. Mariannus Iurisconsultus, Species pertinentes ad rectigal cinamomum, piper longum, piper album. Sic dicitur Vicus speciaris, à species Arabicis, peregrinisque. ¶ Aliquando in plur. num. significat fruges. Aread. l. ult. de munib. & honorib. Cura quoque emendi frumenti, olei. Nam harum specierum curatores, &c. Eodem modo in l. 26. C. de usus. In trajectitiis cōtractibus vel specierū forni dationibus. Horoman. ¶ In speciem, simulate, Liv. 4. ab Urbe, de Sempronio reo, Aegrè Horrenius pati tentationem eam credere esse perseverantia lux: nec præcibus tribunorum, quæ in hec modò jactentur se auxilio confidere reum. Suet. in Cæs. c. 81. Assidentem (Cæarem) conspicati, specie officij circumstetent, (sup. conjurati:) Hisp. Sous couleur, sous pretexte. Eodemque sensu idem Suet. in Tiber. c. 3. 6. c. 3. 6. c. 50 & 59. & in Othon. c. 3. Et Livius lib. 9. dec. 4. Per speciem bella querere. (i. est, per prætextum,) &c. Per speciem. Plinius de vir. illust. Per speciem legationis in Asiam ablegatus est, ut invidiæ subtraheretur (i. prætextum, sive, ut loquitur Suet. in Othon. c. 3. Per catus legationis. Et Livius lib. 7. ab Vrb. Per speciem. Et lib. 9. sub specie. ¶ Prima specie, prima fronte. Idem Liv. lib. 5. bell. Pun. Idem lib. 6. ab Vrb. In specie. GAL. En apparenç. ¶ Species enim dicta est ab aspectu, autore Gell. cap. 28. lib. 13. ¶ Species portio (sicut & forma) verbum medium est, tam deformitatem quam pulchritudinem significans, ut ex illa Mostell. sc. 3. a. 1. & Virg. 4. En. id. infrà probatur in verbo Specie. Spécialis, e, Particulare, proprium, & veluti peculiare, { eidem, id. GAL. Special, proper, & particulier. ITAL. Speciale, singulare, propri. GER. Sonderbarlich / eigen. Hisp. Cosa especial en su genero, propio. ANGL. Particular, proper. ¶ In qua significatione utitur hoc nomine Julius Capitolinus, quum ait, Macrinorum familiam id special semper habuisse, ut Alexandrum magnum in auro & argento exculptum sen er haberet.

Specialitas, conditio ejus, quod speciale,

Speciarius, idios, peculiaris.

Spécialit, adverb. Particulariter. { eidem, eidem. GAL. Specialement, & particulier. ITAL. Specialmente, singularmente. GER. Insiderheit. Hisp. Especialmente, de especie, en especie. ANGL. Specialit, chiesit. ¶ Cicero. post reditum in Senat. Multa de me C. Messinius & amicitia & Reipublicæ causa dixit, legem speciatim initio de salute mea promulgavit.

Spécialit, adverb. Speciatim eidem, eidem. Colum. lib. 3. c. 9. Atque de cura eligendi malleoli generatim præcipimus: nunc illud propriæ specialiter, ut non solum ex feracissima vite, sed etiam è vitiis parte feracissima semina eligantur. Celsus de ario dicendi, Species etiæ minis erit ostendere quod adversarius specialiter fecerit.

Speciatus, in speculo speciosus apparet. Tertull.

Specie, a, um, eidem, speciem constituens.

Specifico, speciem facio. Sed Plinio specificare, est

¶ physice, è materia & forma.

Speciem efficer. { technicæ, seu artificiæ ex materia } propria, alia

Denominationem certam tribueret: ut motus & mutatio specificantur à termino.

Thesin ad hypothesin transferre, generalia per specialia declarare. Unum è pluribus eligere.

Spéciosus, a, um, Pulcher, formosus, elegans: semper enim in bonum accipitur, quamvis species medium vocabulum sit. ¶ יפה. GAL. Beau, bien fait. ITAL. Vistoso, aparente bello, ben formato. GER. Wohlgestalt / häbsch. Hisp. Cosa de mucha hermosura, hermoso, bello. ANGL. Faire beautiful goodlie. See. ¶ 4. Eneid.

nequo enim specie, famáve moverur, hoc est, nec præsenti deformitate, nec rumore mox futuro. eodem planè sensu Scapha lena ob deformitatem ab amatoribus derelicta, ac planè deserta loquitur apud Plautum in Mostell. sc. 3. a. 2. Equidem